

59



Small, illegible handwritten text on a vertical strip on the left edge.

Small, illegible handwritten text on a vertical strip on the left edge.

Small, illegible handwritten text on a vertical strip on the left edge.

Small, illegible handwritten text on a vertical strip on the left edge.

8.2

370

~~371~~

218.

232

...et ad...
...et ad...
...et ad...
...et ad...
...et ad...

...one cū equali...
...elis: et iterū si...
...mp sublimior...
...gradus visiois di...
...visionem qua deus...
...t: et clara est absq...

...ippe vt sonat...
...ntiā inditā nouit...
...eniens fuit vt ani...
...nis potentialitas...
...entia naturalis ad...
...ota: et potētia obe...
...rgo vtraq; eius po...
...n inditam/excepta...

is XI.

...es cognoscibiles cognitio...
...que nō possunt cognosci per...
...terminorū contingentū non...
...de illis terminis: q; illarū...
...terminis: quēadmodum ve...
...ditur in extremis.


...nē anime intellectiue fr...
...atiuā. Pertinet tñ ad pe...
...i cognitionē practi...
...ognitione singul...
...t dicitur in s...


is XI.


...dine visiois: vep; q; dina...
...que diuersimode assignat...
...na visio ex lūine, glie sub...
...em, vñā lūinis glie in...
...lls spēs lūinis glie poles...
...seu specificā dñam inter


...fusa aie chri. Qd. 11.
inde Consideran-
...dum est de
...ndita vel infusa aie


173
18

























R. 197

1

1 Liber Tertius Miscellaneorum
In quo varia ad sacra pagina
intelligentiam annotant



Liber Tertius Medicamentorum
In quo tractatur de sacris
intellectibus medicamentorum



cap. 1. §. 1

2

Quod Hebraica lingua omnium prima
sit: eadem uetus caldea &
alia mater.

Diuus Hieronymus comment. in primum danielij
& in 3. sophonie caput, linguam Hebraicam om-
nium aliarum essentricem, atq; parentem uer-
tenter affirmat. cui Augustinus subscribit lib.
16. de ciuitate dei caput. ii. magna quidem ra-
tione ductus, ut decet grauissimos & sapientis-
simos Patres. Cum enim ante linguarum confus-
sionem quae apud Babylonem facta est, una esset
omnium gentium lingua, quam in plures fuisse
multiplicatam, in superbijs edificijs poenam, scri-
ptura commemorat: ut qui diuinis uoluntatis
placata respuerent, sua ipsorum loquela confun-
derentur, ab inceptoq; desisterent, & se ipsos igno-
rarent, qui deum intelligere noluerunt. Non
desuerunt pij inter impios, quos scilicet sibi domi-
nus, quasi inter spinas, lilia, seruare, qui intan-
tum nefas non incidere, quos ab illius pena
iure remansisse liberos, non in merito creden-
dum est. Sic fuit Heber abnepos Sem primoge-
niti Noe, qui ad Sue uiuebat cum ipsius filio
Phaleg. Sic ab eorum linguarum diuisione, sortitus
est nomen in eorum posteris usq; ad Abrahamum
eadem integra & incorrupta permanere.
Ab Heber appellata est Hebraea quod in illius
domo permaneret ad aliarum distinctionem.
nam primitus humana lingua sine alio
peculiaris nomine appellabatur. Ergo cum

mutatae linguarum alie gentes prederentur,
ad domum Heber non pervenit tale supplicium.
Accedit Philonis Iudaei auctoritas, qui Hebraeorum
linguam arbitratur esse veterem primam Caldae
idem eo quod Abrahamus a quo in posteros trans-
missa est a Caldaea primum egressus ex parenti-
bus acceptam loquentem in Palaestina adve-
xit. fuerunt enim Heber, Phaleg, et alij
Abrahami progenitores in Caldaea, donec ipse
iussu Dei in terram canaanorum descendit, ut
legimus genesi. 12. sed ut fieri solet vicinarum
gentium commercio, et vulgi barbarie apud cal-
daeos corrupta, in solis Patriarchis eorumque successo-
ribus usque ad Moysen qui libros legis literis
exaravit integra ac pura, non sine deusuma
providentia, ut in ea nobis arcana fidei mis-
teria et prophetarum oracula recondiderentur ser-
vata est. Et usque ad captivitatem Babylonicam
permansit etiam in Iudaeorum plebe: sed cal-
daeorum communiore in lingua eorum corruptione
degeneravit, unde post reditum a captivita-
te semi-chaldaice loquebantur Hebraei, ut appa-
ret ex peculiaribus vocibus gulgorsa, gabba-
tha, Hebedemach, et alijs quas evangelistae
reliquerunt. Igitur Esdras libros sacros
ac Chaldaeis fere communibus, Hebraice lingua
primaeus stylo conscripsit et characteribus
forte diversis rescripsit, ut Hieronimus ait,
quos pro divina scriptura veneramus ut patet
est. Hinc ut veteris etiam ab obitu le-
gis testimonio nobis sint inter Iudaeos

eius

eiusdem tenacissimos permanent, quinobis vel
 inuiti, scripturarum oracula seruant (ipsis pere
 untibus) ad nostram fidelium salutem. non secus
 ac lucerna in qua ignis est, quæ dum alijs lucet
 seipsam consumit et exterminat. ab orbe igi
 tate condito linguam hanc in v. u. fuisse et mul
 to ante Moysen suos characteres habuisse tes
 tatur Augustinus lib. 3. de ciuitate dei. capite
 39. tametsi ut diximus incertum sit fuerint
 ne si, quibus nunc utimur, an alij, quos ami
 hos nonnulli arbitrantur, aut forte in usu
 Syris. Hos uero quos habemus ab Esdra reperi
 tos consonantium s. b. absq. uocalibus, quas hoc
 post scribi datum pluribus annis. Rabbinus pu
 da supposuerunt. eaq. non orientur Egyptij
 de sua uetustissima antiquitate et Philologia
 cum post aduentum Israelis in Egyptum li
 teras et doctrinas habere ceperint, a sto
 quam primum deinde Philologia, quæ
 primus apud eos inuentor ut ab Hebræis didi
 cerat. Isir fuit. post quem magnus astrologus
 Hestlas, tempore moysis qui fuit maternus
 auus Mercurij maioris, cuius nepos fuit Mer
 curius alter cognomento trimegidus. de qua
 re Augustinus Eugubinus, et sanctus Pagninus
 copiose disseruerunt. ante scribi uero aduen
 tum in carnem, pluribus quidem annis scripsit
 simplicissimam Paraphrasin Rabbi Ionathas
 quam targum appellauit, literis et uerbis Cal
 daicis uulgaribus, quæ ad nostræ fidei misteria
 confirmanda plurimum valent. Verum

de antiquitate hebraicæ et chaldaicæ lingue
hec sunt satis. §. 2

an linguarum cognitio
sit necesse? *aria?*

Linguarum hebraicæ, grecæ et chaldaicæ cognitio
et si omnino necessaria non sit ad sacre scri-
pturæ intelligentiam est tamen ad modum
utilis et comoda valde, quod ut ex eo con-
stat quod in his linguis sacre pagine primum
conscriptæ sunt et deinde per varios inter-
pretes in alias linguas transfusæ. interpre-
tum autem verba non plene sensu omnes
origines euacuant, cum enim hebraica verba
(ut de his tanquam præcipuis dicamus) ob sui
penuriam multiplices habeant signifi-
cationes, quarum unam tantum potest una versio
transferre: cum sequens est ut ignorantibus
eam linguam, cetera significata nescire,
sit necesse.

est igitur linguarum scientia ad meliorem scripturæ
sacre cognitionem tum utilissima tum ac-
tualissima, prima ad perspicacius cognoscendos
codices incorruptos, ad diversitates in scriptis
iudicandas, ad plures sensus rimandos et e-
ruendos, ad amphibologiam vitandam, ad
propriorum nominum et symboliam habendam,
ad detestatas nobis vocum in interpretationem
seruandam, ad orthographiam assequendam.
hinc ab ecclesia decretum est in clementina. i.
de magistris linguas in sedulis perdicendas

esse

originali

esse, que sola autoritas pro linguarum patre cinis
 satis erat. maxime quod hebraice lingue sicut
 et grece passim occurrunt idiomata in codicibus
 nostris, que sine earum adminiculis facile intelli-
 gi non possunt. nam et evangeliste cum essent
 hebrei, tamen si grece scripserint, spiritu san-
 cto suaviter disponente, nec alio cogente natu-
 re lingue proprietates non exuerunt.

of

Sine est quod novi testamenti sermo grece ab e-
 uangelistis et Apostolis conscriptus (euangelium
 matthei et ad hebreos epistolam excipio de quibus
 plurimum opinio est hebraice primum fuisse cons-
 cripta) suas seruat proprietates, et idiomata,
 que grecis nos appellamus, quos sine lingue grece
 aliqua notitia facile intelligere nequibimus. nec
 uelim existimes me damnare uersionem interpre-
 tis, absit, sed Apostolorum grecas peritias, quas
 ad uerbum pari fide et religione uetus interpres
 transtulit ad eius laudem et defensionem in-
 sinuamus, eadem quippe sententia, alia et alia
 peritias, alijs et alijs uerbis reddidit.

7.

De interpretibus ueteris et no-
 ui testamenti.

Interpretes ueteris testamenti ex lingua hebraica
 in grecam complures fuisse ante Hieronimum
 ex prefationibus ipsius Hieronimi constat.

deus iam diximus
 paulo aliter lib
 1. cap. 12. §. 2.

septuaginta duo interpretes electi e duodecim tri-
 bus Israel e qualibet tribu sex, siue diuisi
 in septuaginta duabus cellulis ut referunt Jus-
 tinus martyr, Irineus, Eusebius, Hilarius, Rufinus

et

Et Augustinus: sive in eadem basilica congregati ut
Hieronymi opinio est ad preces Theolampi regis Egy
pti libros veteris instrumenti in linguam grecam
traduxerunt; sub Cleopatro Pontifice Sebresty ut
citer tercentis quadraginta annos (minusve ut alijs
placet) ante natiuitatem Christi.

Secundus interpretis fuit Aquilas genere ephesus
postea Iudaeus proselytus, deinde Christianus et
tandem Seretius Sebionita, floruit sub Adriano
cessare circiter annum. 124. a Christo domino
nato, ex Eusebio lib. 5. cap. 8.

Tertius fuit Theodotion genere ponticus Iudaeus
proselytus deinde Christianus et tandem Seretius
interpretatus est sub Commodus cessare post nati
uitatem domini anno. 177. Eusebio ubi supra.

Quartus Symachus Seretius traduxit post Chris
tum natum anno. 207. sub Seuerus cessare
ex Eusebio lib. 6. cap. 14.

fuit etiam editio quinta incerto auctore, quam
Beda dicit Hiero Solimis fuisse inuentam. Seretius
nomine dicitur editio vulgata.

Ad hoc fuit sexta interpretatio etiam incerto auc
tore edita quam idem Beda asserit Nicopolj esse
reperitam sub aurelio Antonio cessare. Sary edi
tionum quintae et sextae meminit Hieronymus
cum multis in locis, tum in explanatione psal
my. 44. ad Principiam virginem.

Idem etiam Hieronymus in prefatione Eusebii
Eusebii mentionem facit alterius septimae editio
nis.

Post hoc omnes cum Origenes linguarum omnium

peritissimus et sacrarum literarum solertissimus in
 dagator, tantam translationem uarietatem ani
 ma uerteret, ex additionibus que sibi magis cum
 ueritate hebraica uidebantur concordare composuit
 quedam uolumina que uocauit exapla quorum
 meminisse Hieronymus multis in prefationibus.
 dicebantur autem exapla, quasi sexcuplicia eo quod
 sex columnas haberent in quarum prima erat tex
 tus hebræus hebraicis literis scriptus, in secunda
 erat idem hebraicus textus sed literis grecis: in
 tertia erat editio Aquilæ: in quarta editio Syma
 chi. in quinta editio septuaginta interpretum.
 in sexta uero interpretatio Theodotionis. Socro
 dine disposuit exapla Origenes ut lectio ueteris
 uarijs editionibus facilius genuinam lectionem
 et ueritatem perciperet.

Tandem post eos omnes interpretes floruit Hier
 onimus non etnicus, non iudæus, non hereticus,
 sed catholicus sanctus et de Parentibus Chris
 tianis natus, cuius interpretatio et sermo ne
 hebræo, uel emendatio in 70. interpretum edi
 tione iure optimo summo in pretio habetur in
 ecclesia dei.

Nostra uero tempestate nescio quo fato et catho
 lici et heretici tot sunt interpretes ut nume
 rum excedant.

Miror tamen nullam esse memoriam (quod ego
 legimus) illius qui ante Hieronymum uel uetus
 testamentum uel nouum et sermo ne grecus
 in latinum traduxerit. legimus enim Hiero
 nimum translationem latinam que sua tem
 per

pestate in ecclesia erat emendasse ad preces
Damasj, non autem nouam interpretationem
instrumento nouo condidisse. Et cum Socij et
Hieronymus fatetur non sunt audiendi qui con-
trarium sentiunt. §. 4

De auctoritate nostre vulgate editionis.

Ratio cuius inquisitionis est quoniam sancta Si-
nodus tridentina sessione. 4. in decreto de usu
sacrorum librorum definit et declarat ut hec uetus et
uulgata editio que longo tot seculorum usu in ipsa
ecclesia probata est in publicis lectionibus, dis-
putationibus, predicationibus et expositioni-
bus pro autentica habeatur; et ut nemo illam
reijcere quouis pretestu audeat uel presumat.
in hoc concilij decreto nostra uulgata latina e-
ditio ita probatur ut autentica, ut in nullis eius
locis aliquid a ueritate deficiens possit reperiri.
unde hereticum apparet asserere interpretem
cuius vulgate editionis in aliquo errasse, aut
male ueritatem scripturam in sensu alieno a
mente spiritus sancti. in oppositum autem est
quod multi doctissimi post istud decretum con-
cilij confirmatum docent interpretem cuius nos-
trę vulgate editionis in plurimis locis a uerita-
te defuisse nec fuisse assequutum spiritus
sancti sensum.

Pro resolutione notandum est uulgatam edi-
tionem latinam eam appellari a sancta Si-
nodo que communiter uulgetur in ecclesia
et quam ecclesia suscepit a diuo Hieronymo

vel

Handwritten text in a cursive script, likely a Latin manuscript. The text is extremely faded and difficult to read, appearing as a dense block of lines across the page.

Faint handwritten text at the top of the page, possibly a header or the beginning of a section.

De iudicio...
Faint handwritten text, possibly starting with "De iudicio..."

Faint handwritten text in the middle of the page.

Faint handwritten text in the lower middle of the page.

Faint handwritten text in the lower part of the page.

Faint handwritten text near the bottom of the page.

vel

2

vel interprete uel ut multis placet correctae an-
 tiquioris vulgatae biblee, quoniam de sacre ue-
 superius in sinuauimus nichil certi habetur.
 Et aduertendum est quod in illis locis nostra uulgatae
 quae a sanctis patribus diuersimode leguntur non est
 explicatum sub qua lectio ad eam spectent, nam
 quae subet lectio a sanctis patribus probata sua
 habet auctoritatem, et est probabile illam pertine-
 re ad uulgatam editionem, in qua re communiter
 consentiunt moderni theologi. esto exemplum. i.
 corinth. 15. ubi nos legimus communiter omnes
 quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur
 d. Chrysostomus, et quidam alij patres, legunt, non
 omnes resurgemus, sed omnes immutabimur. ex
 his autem lectionibus quae nam spectet ad lectionem
 uulgatam non constat. Hoc ergo hic supposito.
 Statuamus primo in quo conueniant uniuersi
 theologi. Et deinceps explicabimus in quo dis-
 tiant.
 Principio ergo in hoc conueniunt, quod multa repe-
 riuntur loca in nostra editione uulgata quae
 et significantius et proprius uerbi potuissent qua
 uerba sunt a latino interprete. et hoc est una
 inter alias causas propter quam peritiam linguarum
 praesertim hebraicae et graecae valde utilis est ad
 intelligentiam scripturarum sacrarum.
 Secundo etiam conueniunt in hoc quod in mul-
 tis codicibus nostra uulgata editio uitiata
 reperitur et mendosa ob uulgam librorum
 et ita praecipit tridentina Synodus uocata

ut vulgata editio corrigatur et emmendetur
que correctio fieri debet consulendo codices anti-
quiores, et etiam fontes grecos et hebraeos ex qui-
bus dimanavit.

Denique tertio etiam uniuersi in Soc concordant
quod in nostra editione vulgata nullus reperit
error perniciosus ecclesie: sed in omnibus que
ad fidem edificandam et componendos mores
expectant solidam habet veritatem: et Soc
ut minimum probat efficacissime argumentum
quod sumpsimus ex decreto concilij tridentini
definiens nostram vulgatam editionem pro
autentica habendam esse.

Ex Soc sequitur quod in huiusmodi rebus mag-
ni momenti que ad fidem vel mores pertinent
si quando nostra editio discrepauerit a uerbis
hebræis uel grecis non est corrigenda per codi-
ces grecos aut hebræos, sed contra ipsi sunt
corrigendi per eam. Et huius oppositum non
potest asseuerari citra errorem in fide pro-
ter illud decretum ad aulum excommunicatio.

Sed dubitabis an sit hereticum tale quod as-
serere? ratio dubitandi est quoniam con-
cilium in illo decreto non apposuit poenam
anathematis aduersus oppositum asseue-
rantes. ex quo uidetur colligi quod quauis
ibi concilium tradiderit doctrinam sanam et
tenendam non tamen intendebat definire
certum fidei dogma: quoties uero enim dog-
mata fidei definit anathematis censura
subijcere contra repugnantes consuecit.

8

Neque ualet dicere concilium in decreto preceden-
ti in quo egerat de scripturis canonicis rem
istam definisse, quando sub pena anatHEMA-
tis decreuit omnes libros canonicos ibi con-
numeratos esse recipiendos cum omnibus suis
partibus ut habentur in vulgata latina editio-
ne. quoniam in hoc decreto sacratissimo
non intendebat statuere auctoritatem editio-
nis vulgatę, sed librorum canonicorum quatuor
ad omnes eorum partes que communiter in ecclesia
recipiuntur. Et hoc non potest esse dubium
ei qui attente legerit initium decreti sequen-
tis in quo agitur de editione sacre scripturę.
nam ex modo loquendi concilij in illo decre-
to manifestum est concilium presupponere
quod ex precedentibus non relinquebatur ad huc
stabilita et firmata auctoritas nostre vulgatę
editionis.

His tamen non obstantibus existimo Screticum
asserere in nostra editione contineri aliquem e-
rrorem ecclesię perniciosum. Probatur primo
quoniam ecclesia iam olim consueuit proba-
re dogmata fidei ex testimonijs nostre vul-
gatę. ergo si in ea reperitur eiusmodi error
sequitur ecclesiam uniuersalem errasse in
rebus fidei et maxime quod asserere est Se-
creticum.

Secundo probatur ex iuribus decreti concilij tri-
dentini circa quod nota quod quemadmodum
quando concilia statuunt symbolum fidei ut
censeantur definire fidei ueritatem non oportet
ut aduersus repugnantes subijciant anathema
tse

anathematis censuram, eo quod statuunt ipsum
symbolum fidei, quæ est regula præstituta toti
ecclesie ad credendum: ita quando concilia
statuunt veram scripturam, quæ est præcipua
fidei regula, quamvis non subiciant anathe-
matis poenam, censeri debent uti auctoritate
definitiva: Et ita factum est in presenti decreto
concilij in quo nobis proponitur vera et
authentica scriptura, quam in rebus fidei sequi
tenemur. quare anathematis censura tantum
est necessariè ponenda in definitionibus particu-
larium fidei veritatum. Et ex hoc soluitur ar-
gumentum in oppositum.

Deinceps dicendum est de his in quibus non con-
sentiant universi theologi moderni graves
qui agnoverunt prædictum concilij decretum.
Subditio ergo est utrum in nostra vulgata edi-
tione aliquid reperiatur dissonans à mente
spiritus sancti, ita quod nostræ vulgatae labræ
interpretes in quibusdam rebus minoris momen-
ti non fuerint affectus in sua versione
verum spiritus sancti sensum? quidam gra-
uissimi theologi partem negativam tuerentur,
existimantes magnum piaculum esse asserere
quod in vulgata nostra editione vel minimè
quid reperiatur erroris. confirmant suam
sententiam ex prædicto concilij decreto, in
quo definitur vulgatam nostram editionem
habendam esse pro authentica in publicis
lectionibus, disputationibus, et expositio-
nibus: ubi concilium loquitur generaliter

9

de omni disputatione, lectione, et expositione.
et non solum de illis in quibus agitur de rebus
magni momenti ad fidem et mores expectan-
tibus. unde inferunt isti auctores quod si quā-
do editio vulgata uideatur discrepare in re-
bus minimis ab exemplaribus grecis et hebrai-
cis non est corrigenda per ipsos codices hebraicos
aut grecos, sed ipsi potius corrigendi sunt ex e-
ditione vulgata. quod si omnibus pensatis et
circumspicis appareat ueritas stare pro hebra-
icis aut grecis exemplaribus et vulgata edi-
tio ab ipsis dissentire uideatur. tunc dicunt uiti-
um. et errorem refundendum esse in impre-
ssorū culpam et non in latinum interpretem.
quod si consulendo uetustiores codices etiam
manu scriptos appareat manifestum errorem
illum et defectum non irrepsisse ex culpa li-
brariorū. tunc uno ex duobus modis respon-
dendum esse censent. Primo quod tempore
Dij Hieronimi, qui fuit interpret, aut corrector
latine editionis vulgate, characteribus hebra-
icis non subijciebantur puncti; unde lectio
vulgate editionis licet non consentiat textui
hebraico ut modo habetur subiectis punctis
quadrat tamen illi si puncti demantur.
Secundo respondent quod licet nobis appare-
ant aliqua loca latine editionis dissentire a
uero textu hebraico aut greco tamen reuera
non dissonant et nos fateri tenemus nostram
ignorantiam sed nescire eiusmodi loca cum
greco et hebraico textu ^{uero} componere, cum tamen

re

Et uera componi possint.
Alij tamen uiri doctissimi non uerentur ad mi-
tere vulgaram nostram editionem in eiusmodi
rebus minimis quandoq; deficere a sensu spi-
ritus sancti, quem non fuit absecutus in sua uer-
sione latinus interpres. docet Sane sententiam
(preter alios auctores) Vega lib. 15. super sessio-
nem sextam concilij tridentini cap. 16. qui a-
uctor interfuit concilio et consuluit (ut ipse
fateretur) quendam cardinalem, qui interfuit
omnibus concilij sessionibus. et uterq; censet
mentem concilij in citato decreto eam dum
taxat fuisse quod nostra vulgata editio Sa-
benda sit pro autentica in rebus magni mo-
menti. Et quod Sic fuerit mens concilij Aste-
ruit etiam Ayala archiepiscopus Valentinus
qui adfuit definitioni eiusdem concilij. Et
probatum primo, quoniam in illis decretis nostra
editio vulgata non antefertur Sebriacae aut
graecae biblicae, sed alijs latinis uersionibus ergo
per illud decretum non interdicitur nobis a-
ditus consulendi codices graecos aut Sebriacos
et corrigendi in rebus minimis nostram vul-
garam editionem.

Secundo quoniam in illis decretis paulo inferius
praecipitur ut in rebus spectantibus ad fidem et
mores nullus audeat interpretari sacram scrip-
turam contra sensum ecclesiae et sanctorum Pa-
trum, ergo in uerbis precedentibus sancta
Synodus quando praecipit ut nostra vulgata
editio Sebriacae pro autentica in lectionibus

disputationibus est. quamvis utatur generalibus
verbis tantum intendit loqui de illis disputatio-
nibus quae ad fides et mores conferunt.

Tertio probatur quoniam synodus non praecipit
absolute quod nostra editio vulgata non reijci-
atur, sed quod nullus audeat vel presumat
illam reijcere. itaq; prohibet dumtaxat reie-
ctionem temerariam: temeritas autem in Soc-
sita erit vel quod reijciatur nostra editio in
rebus magni momenti, in quibus iam olim proba-
ta fuit ab ecclesia usu antiquissimo patrum:
vel quod in rebus etiam minoris momenti reijci-
atur absq; gravissimo fundamento, quod tamen
extante secundum iudicium sapientium nulla
apparet audacia vel temeritas dicere interpre-
tem nostrae editionis in aliquo minimo defuisse.

Denique ultimo probatur quoniam concilium non est
verosimile definisse editionem vulgatam etiam
in rebus minimis convenire cum textu graeco
aut Hebraeo nisi prius magna facta consultatio-
ne et collatione cum codicibus graecis et Hebraeis
novioribus et antiquis, quae collatio non fuit facta
ut referunt qui ibi adfuerunt.

In hac re quid certum sit et tenendum defini-
at sancta sedes Apostolica. interim meum
consilium erit ut quantum fieri poterit
pro vulgata editione iudicetur.

Amos

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is written in a dark ink on aged, slightly yellowed paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be part of a list or a series of entries. The handwriting is characteristic of the late 16th or early 17th century.

Demul

3

De multiplici sensu sacre scripture.

Consueverunt antiqui doctores omnes a magno Dionysio et deinceps scripturam sacram multiplici sensu interpretari. Sacratione moti quod sacre littere adiuina providentia ordinatę sunt ut veritates salutę hominum necessarię per ea pateferent. duobus autem modis hoc fieri poterat, verbis sibi et rebus, quibus modis obscura queq; declarari solent, aut in quantum per uerba res intelligi possunt, aut rebus ipsis et alijs res significari consueverunt. nam deus ipse rex omnium autor ita efficere potest ut res una alteram significet, uti homo uerborum inuentor imponere potuit, ut uocibus et uerbis conceptus animi et res ipsę intelligantur. Si enim modis in scriptura sancta ueritates glorię dei et salutę hominum conuenientes manifestę fiunt. uelut res per uerba significantur et in hoc consistit sensus literalis, qui est historicus, cum uerba in suo proprio significato accipiuntur. ut cum dicitur David occidit Goliath, quod dicitur intelligi Davidem filium Jesse peremisse uirum giganteum qui Goliath dicebatur. et etiam est parabolicus ut ueritas litterę intelligi non potest per proprium significatum uerborum sed oportet ut reuertatur ad significatum figuratiuum, ut cum dicitur comedere runc Jacob et runc dicitur hoc uerificari non potest si hoc comedere uerum, in proprio significato accipiat cogor conuerrere me ad figuratum sensum, ut sibi per comedere intelligam depopulati sunt,

de his paulo aliter diximus lib. 1. cap. 12. §. 4.

et

et sic est proprie literalis sensus. Sumptimur //
qui ex his verbis in animo prudentis lectoris pri-
mo generatur, et quāquam sit parabolicus, ex quo
tamen est is quem verba illa proprie significat
apud prudentes et quem auctori illius dicti per
verba illa intelligi vult, est literalis. pariter
quum in scripturis legimus brachium Dei litera-
lis sensus non est ut pars illa corporis intelli-
gatur quam brachium appellamus, quia deus
cum non sit corpus corporis membra non habet, sed
est id quod per brachium figuratiue significatur,
scilicet operativa virtus siue fortitudo: unde sa-
cre scripturę nunquam potest subesse falsum. alio
quippe modo veritates in sacris literis manifes-
tantur secundum quod per rem aliquam res
altera significatur. Et sic sensus dicitur spi-
ritualis siue mysticus, ut per serpentem que
quem Moyses palo affixit pro salute eorum, quos
serpentes morderant, significat Christus
cruce affixus a sectatoribus legis Moysi, pro sa-
lute eorum qui a diabolo fuerant morsuri. ad litte-
ralem igitur sensum omnia illa pertinent que
ex ipsa verborum significatione vel propria vel
parabolica vere intelligi possunt: sensus vero
spiritualis siue mysticus non a significatione
verborum sed rerum oboritur.

veritas vero que ex scriptura sacra per rerum
significationes sumit ad duo ordinari solet ad recte
sentire credendum. et ad iuste et probe operandum
se ordinat ad opus iustum. et officiosum servit
mo

moralis seu tropologicus dicitur, scilicet ad credenda
 intendit ex quo credendis ecclesia satisfacta est
 Et ut Dionisio placet. 4. celestis hierarchia eccle-
 sia presentis mediat inter synagogam et triumphan-
 tem patriam adeo ut synagoga et vetus testamētū
 figura sint noui testamētis et militantis ecclesie.
 Et testamentum tam vetus quam nouum ac synago-
 ga cum ecclesia militante figurant triumphantem.
 Sequitur ut sensus iste mysticus quo credenda pate-
 fiunt respicere possit modum quo res antiqui testa-
 menti ea significabant, que in nouo exhibita
 sunt. Et sensus iste allegoricus dicitur quo ea om-
 nia que in antiquo testamento contigerunt de Chris-
 to et ecclesia exponuntur, uel modum respicit quo
 antiquum et nouum testamentum triumphantem
 patriam significat, et est sensus anagogicus.
 Itaq; quatuor sensus exurgunt, hoc est literalis
 cum uerbis res significantur. Et cum res per ali-
 as res significat ad mores inducunt, tropologicus.
 cum uero acta in ueteri testamento de Christo et
 ecclesia exponuntur, allegoricus est sensus. Est
 autem anagogicus cum per significationem rerum
 tan ueteris quam noui testamētis, ad ea credenda,
 que ad triumphantem patriam expectant manum,
 ducimur.

Obseruandum quoq; est, quod cum res ille, quibus
 alie res significantur, non sunt reales res, sed ima-
 ginarię tantum, ut leo, uittulus, aquila, Somus,
 quibus quatuor euangeliste significantur, et in-
 numerata alia id genus, que in sacris litteris repe-
 riuntur, talis significatio parabolica est, nec p-
 tinet ad sensum mysticum, sed ad literalem, ut su-
 pra dictum est. Cum uero res uere et reales sunt
 quibus uel Christus, uel ecclesia, uel aliud ad

Christus

Christum et ecclesiam spectans significatur, huius
pertinet ad sensum mysticum allegoricum ut
tam per serpentem quoniam, per agnum paschale,
per petram aquas effundentem, et per alia simi-
lia Christus significatur: ita per rubum arden-
tem per vellus gideonis, per arcam testamenti, et per
plura alia Virgo mater significatur. cum vero
Christus aut ecclesia significatur per res imagi-
narias, uti per lapidem scissum sine manibus, et
ecclesia per civitatem novam descendentem de celo
semper est literalis sensus. Itaque si per res
imaginarias veteris vel novi testamenti ecclesia
triumphans significatur est literalis sensus: ut
cum per montem pinguem coagulatum, et per
civitatem cuius muri aurei sunt, et portas ex sa-
phiro et smaragdo. si vero significatur rebus
veris et realibus anagogicus dicitur ille sensus.

Verum sensus isti quatuor eatenus scripturis sa-
cris conveniunt, ut non cuiuslibet omnes sensus
aptari possint, sed alii quatuor, videlicet tres
alii duo, alteri quatuor, unus tantum convenire
potest. Sic enim in sacris literis exponendi re-
gula ab antiquis Patribus consuevit observari, ut
quemadmodum antiquum testamentum novum
significat, et utrumque triumphantem patriam
ita semper posteriora quoque prioribus significari
intelligantur, et non e diverso. ea enim quae
Abraham, Moyses et antiqui illi fecerunt, ad signi-
ficanda ea quae David Salomon et posteriores agere
debeant recte exponuntur, non autem ordine con-
verso. itaque in novo si ex gestis et verbis Iesu
et Apostolorum sumatur instructio eorum quae

posteriores credere et agere debent in interpretatio recta est.
 Sine fit ut que in sensu literalj de prioribus exponunt
 in sensu mystico exponi possint ad posteriores, quod A
 braham credidit deo et propria reliquit, pro posterioy
 omnium eruditione recte exponitur, non autem expo
 ni possunt ea que dauid scripsit aut fecit, ad significā
 da ea, que fieri debebant a iudicibus uel alijs etiam
 prioribus Patribus.

Ex his sequitur quod ea que in antiquo testamento na
 rantur fere omnia secundum quatuor sensus exponi
 queunt, nam et literalem sensum habent et christum
 significant, et ecclesiam tam triumphantem quam militante
 et mores instruunt, ut solet dici alioce ista Hierusalem que
 in sensu literalj urbem significat, allegorice ecclesiam
 militantem, anagogice ecclesiam triumphantem, et
 tropologicis animam uirtutibus ornata.

Post hec ea que ad statum presentis ecclesie spectant con
 tinuo sequuntur: in quibus que ad caput christum per
 tinent priora esse nemo dubitat. ideo que uig in christi
 corpore naturalj gesta sunt, figurę et exemplaria to
 tiles corporis eius mystici fuisse: unde omnia dicta et
 facta christi seruatā literalis expositionis ueritate, a
 lijs tribus sensibus exponuntur; ut per ea de his om
 nibus instruamur, et que agere debemus, et que cre
 dere tam de triumphantē quam de militante ecclesia.

que uero de ecclesia militante scribuntur secundum
 sensum literalem, unquam ^{non} allegorice rō exponunt
 sed anagogice pro triumphantē, et tropologicē ad nos
 tram et posteroy institutionem. ea uero que litera
 liter moraliter dicuntur, ut cum litera ipsa expresse
 ad caritatem et humilitatem et alias uirtutes nos
 hortatur, nullis alio sensu exponuntur, quoniam
 literalis eoy sensus est tropologicus. que autem

ad

ad triumphantem ecclesiam secundum litteram perti-
nent, nullis alio sensu exponi debent quoniam nulli
sunt figura sed ab omnibus sunt figurata. ex his ma-
nifestum est sacra euangelia per omnia quatuor
istis sensibus exponi posse. et quidem pro ipsa litera-
li sensu quosdam animaduerenda opere reprobare sibi
maui.

Primum est quod quāquam ³deliciorali sensu scripturae
sanctae uariis sunt opiniones, Hieronimus tamen Au-
gustinus, et communiter qui in sacris literis eruditio-
res fuerunt sensum literalem eum esse asserere
quem auctor scripturae intendit immediate per uoces: et
quem intellectus prudentis ut sic immediate concipit uo-
cibus, aut dictis, aut lectis, per eorum significatum si
ue proprium siue transumptum: ideo dixi prudentis
nam cum dico prata uident, prudens auditor non intel-
ligit prata uideri, ut nos uidemus quod tamen est pro-
prium significatum siue uocis, uident, sed intelli-
git prata hilariter florere quod est significatum
transumptum: ideo hunc dicimus sensum litera-
lem siue dicti.

Secundum est quod literalis sensus multiplex esse
potest ut habet Augustinus in conf. est enim deus
siue scripturae auctor, qui cum omnia unico conceptu
intelligat et is sit literalis sensus quem auctor imme-
diate per uoces intelligit, non inuenit scripturam
sacram plures literales sensus habere, puta. 2. reg.
dicitur, ego ero illi in Patrem, quod antiqui docto-
res literaliter exponunt de dauid et salomone, al-
legorice uero de Patre deo et christo Iesu uita
men Paulus 2. cor. 1. allegat literaliter de Iesu
et deo. aliter enim nihil probaret eius ratio

sed frigida esset et inanis. uterq; ergo sensus literalis
est et uterq; uerus, cum auctor scripturę sacre deus
possit plures ueritates simul intendere, et per unam
uocem eas significare nullam uero falsitatem. un-
de fit ut nullus sensus literalis sacre scripturę
falsus esse possit.

Tertium est quod et si sensus omnes mystici fideant
super sensu literali, non tamen omnia, que de ali-
quo in sensu literali uera sunt, verificari oportet
de suo significato mystico, sed ea tantum que de illo
dicuntur ut figura uel significans existit. puta
cum Salomon Christum significet non omnia de-
bent in Christo signa verificari que uere de Salomo-
ne dicuntur, puta quod templa idolis dicauit:
nam Salomon considerari potest ut est figura
Christi, item ut est absolute Salomon, nec non
ut est quedam res cuiusdam alterius figura. pri-
mo modo quecuq; de eo dicuntur ut figura Chris-
ti est, verificari oportet in Christo, et in solo
Christo, ut psal. 75. et dominabitur a mari
usq; ad mare, et a flumine usq; ad terminos or-
bis terrarum: hec nunquam de Salomone uerifi-
cata fuere sed de solo Christo. que uero dicuntur
de eo, ut Salomon est, non ut figura ei soli con-
ueniunt non figurato ut idolis adoratis. que
uero dicuntur de eo ut utrumq; est Salomon scilicet
et figura Christi, de utroq; uerificantur sed de
Christo principaliter, posterius uero de Salomone
ut ego erilli in patrem et ipse erit michi in
filium.

Quantum animaduertendum est quod ex quo
nullus sensus honorabilis est nisi rationis sensus

literalis in quo fundatur, sequitur sensum literalem.
Sonorabilissimum esse et ut sic precipuum, propter
quod enim unumquodque tale et illud magis, potest ta-
men contingere ut secundum quid alij sensus et
quilibet ipsorum sensu literali prestantior existat, pu-
ta secundum significatam materiam.

Ita proinde in le-
ge veteri sensus
spiritualis principa-
lis erat, at in
euangelica litera-
lis, quibus et in ea
se habeant ut ex-
cedens et excessus
nam ad mores ma-
gis conducere solet
spiritualis (qui ut sic
se habet tanquam animam
ad corpus) ad dog-
mata autem fidei
confirmanda et
efficacior est sensus
literalis, cuius ra-
tio est quod signifi-
catus usum est de-
terminata, non
item significatus
res.
Quintum est etiam

Quintum est quod cum plures sensus sint composibi-
les unius loci scripturę sanctę anteponi debet is, qui
magis est rationi consentaneus, literęque uicior
et aptior. Augustinus de doctrina Christiana ita
inquit: dubia scripturę sanctę determinanda
sunt iuxta sententiam que planioribus locis acci-
pitur. preferri etiam debent si sensus qui plu-
res ac eruditiores auctores habuerint. Et sancti
non sanctos dignum est ut precedant, protestante
Paulo. 1. thesal. 4. Et dicente: itaque qui se sper-
nit non hominem spernit sed deum, qui etiam
dedit spiritum sanctum suum in nobis. Et catho-
lici non modo hereticis, sed et suspectis citra
ullam controuersiam preponi semper debent:
cum nemo nesciat catholicos sanctę matris eccle-
się gremio foueri, cui semper adest dominus
Iesus qui dixit uobiscum sum usque ad consumma-
tionem seculi qui est super omnia deus benedictus
in secula.

4
7 de autoritate est ad elante lo Gallarac

... de ...

Main body of handwritten text in a cursive script, consisting of approximately 25 lines. The text is extremely faint and largely illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.

Bottom section of the page containing several lines of text, also very faint and illegible. It appears to be a continuation or a separate part of the document's content.

21

De authoribus sacrorum

librorum. et tempori

bus que continent

omnes varijs divisionibus sacrorum librorum
 quas eleganter prosequitur Suetonius Senensis lib
 v. sub titulo thesauri sanctae. iuxta ipsius senten
 tiam que ~~si in aliquibus libris dicitur ut sup~~
~~procedunt temporum. quam prosequitur fa~~
~~culo potest adaptari. auctores et tempora qui~~
 bus sacri libri conscripti sunt non de iuris opi
 nionibus referemus. ut memoria mandari fa
 cilis possint.

de Libris canonici veteris

testamenti primi ordinis

Primo ergo Pentateuchicus seu chora ut quidam et
 hebrei primus quinque sacrae scripturae legales li
 bros nominant conscriptus fuit a moysi
 quorum primus genesis videlicet (qui hebraice
 beresith. i. in principio dicitur) continet successi
 onem summanae prosapiae usque ad mortem Joseph
 et absument gesta annorum. 2308

Secundus sive exodus hebraice veellesermoth. i.
 Sge sunt nomina. continet gesta annorum. 146 a
 morte nimirum Joseph usque ad constructionem
 tabernaculi in deserto.

Tertius. qui est leuiticus. hebraice vajchra. i.
 vocatur continet historiam unius mensis. sive ab
 erectione tabernaculi; usque ad numerationem eo
 rum

Senensis. Lib
 v. bibl. thesaur.

rum, qui erant apti ad bellum.

4. est liber numerorum. hebraice vaidaber. i. locutus est. continet narrationem annorum 38 mensium novem, et dierum viginti. Socet a prima die secundi mensis anni secundi, egressio nis de egypto usq; ad mansionem in campestribus moab super Jordanem, ubi postea mortuus est moyses.

5. deuteronomion græce. latine secunda lex. hebraice elle addebarim. i. repetunt verba nar rat facta mensium duorum novissimam annu vite moyses in campestribus moab. græci autem nominibus si quinq; libris dicunt ge nesis. i. generatio, exodus. i. exitus. leuiticus. sicut ab officijs leuitarum etc. arithmetica. i. numeri. deuteronomion. i. secunda lex. siue ab ipso mo yse siue a septuaginta sic nominati fuerint. continent ergo omnes simul gesta 2492 an norum. finem vero deuteronomij ad illud N bis. et mortuus est moyses, etiam ipse moyses scripsit secundum Josephum, sentiens se mori propinquum, ne Iudei ob eius virtutes ipsum rap tum crederent. secundum Iudæos versus Penta theuchi sunt, 5.830. vixit autem moyses. 120 annos. nec caligabant oculi eius. alij immo plures credunt a herodotato, mortem moyses scripsisse Jo sue.

Philos

Sihi putat Moysen scripsisse Baldauc. Moyses scripsit
11 psalmos / et iudicio Rabbinozum composuit etiam librum lib
certius tri uidet transulisse illum ex lingua syriaca in chal
daicam — // // // // // // // // //

Liber Josue ab ipso conscriptus est qui obiit anno .120 etatis sue
ea uero que in dicto libro de morte Josue dicunt esdram adiecisse
famae. ~~habet~~ ~~apud~~ Theodoretus existimet totum librum collectum fuit
se post mortem Josue ex antiquo comentario cui ^{us} est Liber
instruunt. Sabet Liber iste apud Iudgos versus .6045

Josue obiit anno
120 ~~ante~~ ab
orbe condito .2510
ante x. natu 1452
Josue. Sabei leos-
cua uocant

Liber iudicum et etiam Liber Ruth sm aliquos fuit collectus
a samuele. ~~habet~~ alij utriusq; libri auctorem dicant ~~est~~ ~~es~~ ~~es~~ ~~es~~
alij uero esdram, continet autem success. 317 annorum a mor
te Josue usq; ad primum annum principatus Heli, qui cepit
iudicare israel ab orbem condito 2810. et ante x. dnum 1152
iudei diuidunt librum iudicum in versus 600, librum uero
Ruth in versus 85.

Liber iudicum qui
hebraice dicitur
scopthim, graece
uero crita

Habet
didagm
tatiam
computati
enem

in iudicibus
his sic uidet
numerate est.
ceter 22 anni

§. 2
Primus et secundus Regum,

Liber samuelis quem hebraei scemuel dicunt, ab ipso samuele
usq; ad caput 25 primi libri conscriptus est inde ad finem a nabia
et gad prophetis ut constat ex lib. 1. paralyptom. c. 29 in fine
habet aliqui a dauide existiment lib esse compositum. a dultu cap
25, inscribit autem samuelis qz ipse saulem unxit regem et
Dauidem predixit ungendus elegit et unxit / primus continet
versus 797 secundus uersus 679 in utroq; hiet hiet ^{us} anno fur
ueter 120 / ab orbem condito 2930 / et ante x. p. natu 1032

plus qz ego
in regum iuda
temporibus
Cetera uidet nume
rare circiter 21
annos minus
et a tempore
liberationis e
babulone eue
bius uere fert
Liber a parte

Li

Libri tertius et quartus Regum

A quo fuerint scripti non satis constat quidam esdras dicunt
fuisse auctorem / Alij uero de quorum num^o est Rabbi moyses
kimuchi Procopius gasenus et isidorus. Hieroniam auctore
autumant q^{ia} in suis commentarijs uidet^{ur} ultimocapit^ul^u Hieronim^u;
apparet autem deus lumen per compendium fuisse collectum par
tim ex libris dierum regum iuda partim ex nathan propheta
Abia syonitis. Ad op^u uidentis et semeia H^o Sai I^obia et isa
ia p^{ro}phetarum scriptis sepiissime in 3. et 4. libris regum uicinis.
continet^{ur} Autem p^{ri}nc^{ip}ali op^u Historiam. 337 annorum. hoc est
ab ultima senectute dauidis usq^{ue} ad ex^uidium Hierosolimitanae
urbis, quod contigit anno post orbem conditum 3347. et ante x^{risti}
natum 615. Hec apud Hebraeos liber 3. reg. uersus 309. 4^{us}
uerso h^{oc} uersus 712. Sed autem libris Hebraei melachimus
cant q^{ia} in his regum iuda et israel gesta per ordinem digerantur.

Paralyptomenon libri duo

qui Hebraice debet^{ur} d^{ic}ti i. uerba dierum nuncupant^{ur} chro
nicon sunt et compendium omnium p^{re}cedentium libror^u et
reclutorum in eis / certum noⁿ h^{ab}ent auctorem. scribunt^{ur} tri^u Rab^{bi} +
bi salomon et Rabbi moyses kimuchi^{us} esdras eorum fuisse ex^{tra} m^ul^{ti}
auctorem. apud Hebraeos unico uolumine continet^{ur} g^{ra}eci tri^u et
latini diuidunt ob sua magnitudinem in duos. quod et in bru
to ciceronis dialo^go quidam fecerunt. distinguentes eum in tres
p^{ar}tes continent igit^{ur} si duo libri sumam 3347 anno^{rum}.

Esdras libri duo

esdras seu^t Ezra quem p^{ri}mo Paralyptomeni liber Iosedech

Nota

la

+ ponit 27 annos
plus q^{uam} 40
555. Sed dicitur
40 -

11. Nota q^{uod} liber
aliquis dicit
Apocryphus
dupl^{ic}iter. 40
aut q^{uod} de auct
tate non cons
tat. aut q^{uod}
ea de quibus
trahat in se
parum aucto
ritatis habet
h^{oc} 517. 518.

sacerdotem appellat, et Sebraj malachiam ultimumque
 phetiarum esse putant filius Sarais filij A'ariae ab Aaron sa
 cerdotem magno duodecimo scriba legis domini in gemis, et uelox
 edidit librum sui nominis et prenotatum Sebraicis quide
 literis et a se primum repertis, sed Chaldaicis sermonedi
 gestum / secundum librum esdrae composuit Neemia sa
 cerdos filius Helebiae, graeci et Sebraei unicus in summe h
 duos complectuntur, et graeci tertium librum esdrae in cano
 nicorum mun^o admittunt et primum in ordine constituunt, Se
 cundum uero uocant et 2^o loco statuunt, quem nos primum et 2^o
 esdrae appellamus, claruit esdras cum Neemia urbem aetem
 plum instaurans armis ab arce condito. 3421 qui fuit iuda
 icq. liberationis tercia, et ante xpm dnum 541. et mortuus est
 in extrema senectute, postq. omnes pene diuinas scripturas in excubo
 Hyero solimitano a Chaldeis incensas memoriter et non sine
 diuinitatis numine fidelissime ut prius erant restitisset / no
 uis ac promptioribz ad scribendum reuertis literis, ne cum sa
 maritanis qui ex gentibz in iudeam uenerant Iudei miscerent
 qui prius ad illud usq. tempus alias literas a moise vtz traditas
 cum samaritanis communes habebant quibus nunc literis figu
 ra tm a samaritanis siue mosaycis discrepantibz utunt
 iudej.

§. 3 Hesther

Hic liber quamuis se ordinem Sebraic canonis et partitionem d.
 Hieronimi sic esset constituendq. tm q. melius sardensis epus
 d. At Sanasius, gregg. et Theophilatq. ad 2^o ord^{em} sacrarum scripturaz
 ueteris testamenti referunt nos § de eo dicemus

Liber sic ab ipso Iob scriptus est ut nonnulli existimant
 post felicem exitum erummarum suarum / fuit Iob filius Za
 rebs de filiis Esau quintus ab Abraham / Alij putant ab ipso
 Iob uel ab aliquo populo librum fuisse conscriptum. Orige
 nes cui etiam Rabbini iudeorum assentiunt inquit q. moyses hac
 sacram Syst^{us} uel a Iob uel ab amicis eius conscriptam ex
 Egypto eloquis in hebraicum sermonem transtulit ad consola
 tionem hebraeorum qui in egypto captiui a Pharaone detine
 bant indigna illa seruitute, ut consolarentur patienter la
 bores sustinendo ex consideratione felicitatis euentus miseriarum
 patientissimi Iob / scriptus est liber sic hebraica lingua ut
 testat Hieronimus intermixtis interdum arabicis et syriacis
 uermoribus / a principio uoluminis usq. ad initium 3^o capitis
 apud hebraeos soluta oratio progreditur: ab initio autem dicti 3^o
 capitis usq. ad initium 4^o capitis ex ametricis uersibus habet
 ex quo locus usq. ad finem libri prosa concludit. Posteriore
 undecim capita huius libri ut refert Rabbi Leui ben gerson,
 quidam tanq. adiectiua reiecerunt, proptereaq. in fine triges
 simi primi capitis hinc hec uerba / finita sunt uerba
 Iob / sed hec intelligunt de uerbis habitis ad tres amicos
 cum es descertantes tm / post quas disputationes sequunt
 colloquia eiusdem Iob cum eliu amicorum quarto / scrip
 sit autem Iob librum hunc ce annum ab orbem dno 2300
 passus est autem erummas Athanasio teste in synopsi 85^o
 anno 70 etatis sue / graeci uolumen diuidunt in cap. 32
 Latini uero in capita. 42 / diuidit aut. a graecis in uiginti
 col

52

2300

loquia secundum dei ad diabolum unum. Iob ad amicos /
 nouem / Eliphaz ad Iob tria / Sophar ad Iob duo / Baldad
 ad Iob tria / Elihu ad Iob unum, dei ad Iob unum

dei ad diabolum unum. Eliphaz ad Iob tria: Baldad ad Iob tria. dei ad Iob unum: Iob ad amicos nouem. Sophar ad Iob duo. Elihu ad Iob unum

Psalterium

quod graece psalterion hebraice uero sepher thesaurum. id est
 Liber Symeonum dicitur a quoniam fuerit spiritum opinionones sunt
 Bruti enim et Aug. existimant dauidem fuisse uoluntatis
 psalmodum auctorem, qui cantoribus quos constituerat psalmos
 in templo ut hanc psalterijs et tymbalis decantandos tradidit
 de quorum cantorum num. tres erant praecipui. scilicet eman. Idithi
 et Asaph. At uero Hieronimus sequens Athanasium putat
 ab eis fuisse conscriptos quorum nominibus inscribuntur. V. X.
 Sane unam decem erunt auctores psalmodum. V. David. Salomon
 moyses, Asaph et han. Asaphi eman. Asapha, Idithun
 et tres filij chore. David quoque (sane tenendo unam) condidit 73
 ps. eius nomine praenotatos / et praeter hos alios etiam 39 psalmos
 anepigraphos. Quae sunt alicuius nomine in psalt. collocantur
 ex quibus septem nomine dauidis citantur in diuini scriptoris
 salomon scriptis ps. 72. Moyses siue fuerit dux ille he
 braeorum qui spiritu prophetae futura praedicebat in ps. ut de samuele
 est / siue fuerit unus ex cantoribus dauidis undecim ps. composuit
 a ps. 83 usque ad centesimum. Asaph filius Barachia
 princeps cantorum qui tymbalis encis coram arca domini decanta
 bant composuit. duodecim ps. scilicet ps. 50 et a 73 usque ad 83
 eman et raita siue ut graeci dicunt israhelita cantor fore equaliter
 ipsi et han

quod iuxta editis nem graeca latine tras latum in in ecclesiastica legitur

1/2

Asaph
 in

Et eman Zimbali in sapia composuit ps. 33. cuius initium est. Dominus deus
et tuba peritassi saluati me / fuit eman de filiis Chach. et quia filijs Chach can-
tandum tradidit prout in ps. eorum etiam nomine intitulauit
Ps. 136. in lib. de temporibus aut sunt librum longe post in
captiuitate babilonica fuisse compositum et decantatum assi-
due per septem annos quibus Ioachim rex iudeorum carceribus
Babilonis iniuste fuit oppretus

Ethan Crachi filius Ebui de filiis merari Zimbali enuiscis
crepans tanta sapia perditus ut quemadmodum tertius liber re-
gum testat nemo unquam mortalium excepto salomone fuerit
ipsa sapientia edidit psalmum unum scilicet ps. 39 cuius in-
itium est. inias dmi in qd cantabo / sunt tri ps. Ps. 136
paulo antea scribit multos post annos fuisse compositum
in gratia scilicet actionem quod euit medorach rex Assyriorum cepit
regem Ioachim in captiuitate honorare / sunt etiam qui affirmat
eman et ethan quibus in tertio libro regum salomon preser-
tur nec ps. edidit nec psalmorum fuisse cantores sed tam-
modo prout ps. quam proxime precedentis auctores fuisse emā
illum et ethan quos primus ammalum recenset inter can-
tores familiares leui / Hoc tamen alij diligentiores discutiant

Tres filij chorach tunc chore quorum in. i. paraly pom.
recenserunt nomina scilicet Asir, Elchana et Abiasap. si tres
comuni studio scripserunt psalmos undecim. scilicet ps. 42 /

44 / 45 / 46 / 47 / 48 / 49 / 50 / 51 / 52 / 53

Idem cantor eximius qui in cithara prophetabat edidit ps. 39
in capite. dixi custodia iust

Si sunt qui ad initia psalmodum & hebraicam ueritatem
 in frontibus ponunt tanquam auctores preter quos etiam alij in
 grecis codicibus ponuntur ad psalmodum initia ueluti *Nethiel*
 et *Heremias* quibus ascribitur psalmus 65 *tedecet hymnus deo*
 filij *Ionadab* quorum nomine inscribitur ps. 71. *incedne speraui*
Heremias propheta cui ascribitur ps. 136 *sup flumina Babilonis*
Aggeus et *Zacharias* prophete quorum nominibus inscribuntur
 ps. sequentes *Et confiteba tibi domine* et ps. 138 *one*
gloriamine et ps. *lauda animam meam dnm* et *lauda Altum dnm*
 et *laudate dnm de caelis* / Suiusmodi autem hymnorum liber
 teste *Hieronimo* uarijs carminum generibus constat apud *Hebraeos*
 non aliter quam poemata *Pindari* apud *grecos* et *Oratij* apud *latinos*
 Alphabetice autem. i. per ordinem Alphabeti illustriores ps. descri-
 bi solent ut facilius memoria mandari possint. *D. Christ.* 2 pro
 emio in ps. putat *esdras* collegisse hos ps. hinc inde dispersos in
 unum uolumen post captiuitatem *babilonicam* / At *Sanctius* uero
 in *synopsi* id ab amicis regis *Lechus* factum scribit antecaptiuit
 asserens eos ex psalmis *dauidis*, quos ipse triam illa fuisse affir-
 mat, centum et quinquaginta tantum collegisse, reliquis abse-
 ditis, ne ad omnium manus peruenirent. *Claruerunt* omnes
 predicti decem psalmographi ijs demere temporibus et annum
 orbis conditi. 2940, et ante x. natum. 1022 / ferunt
+ 110 ponere oculos sup aliquem est diligere illum. genes. 44.

112 percutere in ore gladij est percutere in acie gladij. iud. 18
qz acies gladij ut os interficiendo comedit.

113 populus formicarum, i. multitudo admodum populi. pro
verb. 30 formice populus non speris.

114 ponere manum sup oculos alicuius est eos illi morienti clau
dere gen. 46.

+ 115 Patrem uocant hebrei non solum eum qui generat, sed pum
rei inuentorem, aut psequum.

116 non parcere quandoqz est non misereri non nunqz est
non omittere, genes. 45, et alibi sepe in insacra
ginas

- 117 Proficere aliquis post corpus est illud uile estimare, quia
 que post nos dimittimus uilia estimamus. 1. reg. 12. isa 38
 idem est protergum proficere.
- 118 ponere faciem sup aliquem est illum sicut aliquis spectabile
 uidere. 1. reg. 12
- 119 Petere animam ut mouat est mortem desiderare. 1. reg. 19 +
 sub pedibus esse i. subditum esse. ut exod. 11.
- 120 pondus et pondus. i. diuersa pondera deut. 25. significat
 etiam ^{geminatio} multiplicatio, et repetitio nominis multitudinem signi
 ficari. ut gen. 14. Vallis Siddim, putei et putei. multorum
 puteorum. exo. 3. et alibi // // // // // // // // // //
- 121 Pinguedo hebreis uocat omne preciosum aut primum. num
 B / Percutere cor est remorsum in conscia sapere. 2 sam
- 122 24. // // // // // // // // // // // // // //
- 123 panem probere ad os paruuli est omni numerum paruulorum
 comedentium panem ministrare. genes. 47. // // // //
- 124 ponere aliam reliquias est dare ei posteritatem. genes. 45
- 125 ponere manum est iuuare. quod auxiliu manus facit exo. 23
 ponere uerbum in ore alius est docere eum quid loquat exo. 4
- 126 quid mihi et uobis? id est quid quod est inter me et uos, uel quid
 mihi et uobis. i. quid uobis aut ad uos pertinet. 2 sam
 et multoties alibi in sacra scriptura → quid tibi hic
 est Helia ubi agendum aut quid agas hic?

d. 12 **R**

- 127 Reuelat. e turpitudinem alius est rem habere
 cum eo. leuit. 18.
- 128 Remouere posteriora alius est delere eius posteritatem
 1. Reg. 20

- 129 Reddere in faciem alicuius eius malum est eum punire
deuter. 7. idem sonat reddere in caput.
- 130 Requiere sanguinem alicuius de manu alterius est
homicidium punire. genes. 9.
- 131 Reddere aliquid in sinum alicuius est reddere illi occulte
ierem. 33 §. 13 / S.
- 132 Suscipere faciem alicuius est precibus illius acquiesce
re, aut benigne eum admittere, est etiam ferre eius aspec
tum, genes. 19. sic suscipere faciem iniudis, i. ratione ali
cuius aliquid facere, et accipere personam.
- 133 Secundum non habere est non habere prolem aut here
dem eccles. 4
- 134 Sanctificare cetum e eum ad immunditias separare et
purgare, sanctificare ieiunium idem fere sonat Joel. 2
- + 135 In tempus vite. i. si hoc tempore vixeris, aut vitas mi
te. gen. 13.
- + 136 Sanguis eius in eo aut super eum. i. ipse fuit causa effus
ionis sanguinis sui, aut sibi imputet effusionem sanguinis
sui. aliquando est se reum constituisse sanguinis ali
cuius ut Leuit. 20. et. mat. 26
- 137 Suscitare verbum seu stare facere est promissum implere
2. Samuel. 7 / Satur diem, seu plenus diem (ut
138 in vulgata editione) mortuus e. id est completis diebus
suis, quibus homo vivens dicitur, aut nolens plus
vivere, gen. 25. Paralyp. 24. ubi ad satur additur
dierum / si sic aut si ita, pro si opus e sepe accipit he
braismus.
- 139

441
 541
 641
 741
 841
 941
 1041
 1141
 1241
 1341
 1441
 1541
 1641
 1741
 1841
 1941
 2041
 2141
 2241
 2341
 2441
 2541
 2641
 2741
 2841
 2941
 3041
 3141
 3241
 3341
 3441
 3541
 3641
 3741
 3841
 3941
 4041
 4141
 4241
 4341
 4441
 4541
 4641
 4741
 4841
 4941
 5041
 5141
 5241
 5341
 5441
 5541
 5641
 5741
 5841
 5941
 6041
 6141
 6241
 6341
 6441
 6541
 6641
 6741
 6841
 6941
 7041
 7141
 7241
 7341
 7441
 7541
 7641
 7741
 7841
 7941
 8041
 8141
 8241
 8341
 8441
 8541
 8641
 8741
 8841
 8941
 9041
 9141
 9241
 9341
 9441
 9541
 9641
 9741
 9841
 9941
 10041

hebraismus gen 43 et alibi sonat et si sic opus fieri

§. 14 T

140 Tradere gladium in manum alicuius est illi dare causam sequendi. exod. 5.

141 transire facere peccatum est facere transire punitionem ab uno in alium. 2 Samuel. 12

142 transire facere vocem procomis est proclamare exo. 26

§. 15 V

143 Venditum esse aliquem ut faciat malum, est esse alicui ^{in addictum} ~~additum~~ ad mala facienda. 1. reg. 21. de Achab.

144 Vocari ex nomine est pro alijs eligi, sicut nosse ex nomine est exteris familiaris aliquem nosse exo. 32 de mosse et de Beseleel. 31.

145 umbram pro proteltone usurpat hebraismus. num. 14

146 verbo (uide) ut otiose sepius hebraismus, ut gen. 27 ^{uide odis} ~~uide odis~~ ^{filij meij} ~~filij meij~~
sic hyspane, mira haced esto

147 verbum esse a domino egressum est ita euenisse ut opta

148 batur gen. 24 / vir sanguinum. i. homicida. 2 Sam

149 vir Belial. i. sine obedia ibidem vir pecoris. i. pastor ^{C16} ~~+~~
gen. 42. vir agri. i. uenator. gen. 25 de Esau. uir ter
re. i. agricola. gen. 9. vir uerborum. i. eloquens exo. 4

150 venire cum corpore, pro uenire solum uere hebraismus
exo. 21. deseruus.

152 uado quo uado, i. quo nescio, aut quod ire debes. 2
Samuelis. 15 -

Ve

L 53

L 543

Venire in dicitur est semen fieri. gen. 24 et Josue 11

23

L 55

Post verba ista. i. post reser. aut rem nam verbi
multa significat. Verbum mihi est ad te. id est

L 55

vobis tibi aliquid dicere. 1. reg. 2

L 56

vertere se ad aliquod est habere in eo complacen-
tiam. numer. 16

L 56

Via saepe hebraismus usurpat pro consuetudine
ut gen. 18. via mulierum. i. menstrui consuetudo
via terra. i. mos, seu consuetudo moriendi. 1. reg
2. via etiam est, quam interpretes vestit moerem
gen. 19. ponit etiam pro copula cum foemina, ut
dicit de filiabus loth. et gen. 6. omnis quippe
caro corruperat viam suam.

~~Et in illis factis potuerunt, et ipsi cognoscerent~~

~~per dicitur autem cum dicitur tibi amittentes pro~~

~~potuerunt.~~

~~Et in illis factis potuerunt, et ipsi cognoscerent~~

~~per dicitur autem cum dicitur tibi amittentes pro~~

~~potuerunt.~~

~~Et in illis factis potuerunt, et ipsi cognoscerent~~

~~per dicitur autem cum dicitur tibi amittentes pro~~

~~potuerunt.~~

~~Et in illis factis potuerunt, et ipsi cognoscerent~~

~~per dicitur autem cum dicitur tibi amittentes pro~~

~~potuerunt.~~

~~Et in illis factis potuerunt, et ipsi cognoscerent~~

~~per dicitur autem cum dicitur tibi amittentes pro~~

~~potuerunt.~~

De alijs Hebraismis in sacra
pagina adnotandis.

ex genebrax
do expositio =
ne super psal
mos infine.

et primum de illis qui ad partem ora
tionis pertinent quam illi sem dicunt
^{sem}
אֲנִי nos uero nomen appellamus.

Duo nomina substantiua quorum alterum in re
gimine ponitur creberrime loco substantiui et ad
iectiui ponuntur ut pars hereditatis id est pars
hereditaria pars calicis id est pars calicea et
hoc etiam auxesi inseruit ut in iocitum laquei sui
id est in iocitum laqueosum. sic deus iustitiae id est
deus iustificans. sic sacrificium iustitiae id est sacri
ficium iustificans scilicet eucharistia. sic uix san
guinum id est sanguinolentus.

Substantiua passim apud Hebraeos pro aduerbijs
ponuntur ut qui iudicas iustitiam id est iuste.

Substantiua asyncheta crebro apud Hebraeos po
nuntur ut disperdat dominus uniuersa labia
dolorosa linguam magniloquam. ad quod illustrian
dum septuaginta addiderunt et. sic quandiu
ponam consilia in anima mea dolorem est.
pro et.

Substantiua cum altero substantiuis copulata sup
latiui gradus uim habent. ut uerba oris eius
iniquitas et dolus id est sunt iniquissima et do
losissima. sic confessio et magnificentia opus
eius id est opus eius magnificentissimum et
laude dignissimum.

Per substantiuum etiam in regimine positum su
perlatiuum Hebraei exprimunt ut turris forti
tudinis id est turris fortissima. filij perditionis
id est

L 4

id est filius perditissimus.

Propria nomina pro patronimicis ab Hebræis usurpantur ut Salomon pro salomone id est salomonis filio. David pro dauidis filio Jacob pro Jacobis.

nominatius absolute apud illos cum relatiuis eiusdem nominis in oratione loco genitiui eiusdem nominis ponitur. Deus meus misericordia eius preueniet pro deus meus misericordia sic homo sicut fenum. Dies eius id est hominis dies sunt sicut fenum. sic dominus in coelo sedes eius pro domini sedes.

Hebræi coniungunt duo substantiua equipollentia synthetice ad declarandam ipsorum excellentiam ut canticum psalmi id est canticum prestantissimum sic de limo terre id est limo purissimus. sic de limo feni id est deluto maximo.

nomina que literis constant apud Hebræos eiusdem facultatis et instrumenti facile permutantur ut ^{Keseth} ~~ו~~ ^{Koseth} ~~ו~~ arcus pro ^{Koseth} ~~ו~~ ^{Keseth} ~~ו~~ id est ueritas.

Hebræi nomen generis ad deteriore partem usurpant ut opera hominum pro peccatis et uitijs peruersorum accipiunt et hoc maxime quando commemoratur pars prestantior ut inueniatur manus tua omnibus est id est sinistra quia sequitur dextera. sic priusquam formaretur terra id est inhabitata. et orbis id est habitatus.

Mutatio generum crebro accidit in Sac lingua facta relatione ad equipollens substantiuum ut multiplicati sunt super numerus, cogitationes intelligentes sic ecce audiui mus eam in ephrata cum uidelicet.

Hebræi superlatiuos Latinorum representant per adiectiuum

Alium cum substantius alterius nominis ut di-
uites plebis id est diuitissimj populorj.

Repetitio eiusdem nominis multitudinem significat
ut homo et homo natus est in ea id est multi homines.

Hebræi in exaggerationibus diuinis nominibus
utuntur ut ligna domini pro arboribus procerissimis
montes dei id est per grandes sic salutare dei
pro eximia salute.

foemina usurpant pro neutris latinorj et grecorj
rarius masculina ut unam petij a domino Sane re-
quiram pro unum. sic et tu domine fecisti eam
id est hoc, rem Sane.

genitiui casus nominum et pronominum solent
passiue passiue et possessiue sumi pro commoditate
sententiæ ut opera eorj ea sibi que ipsi patie-
bantur uel que ipsi faciebant.

Datiuus possessionis pro genitiuo usurpatur ut nō
ad insipientiam michi et in psalmo inscriptionibus
psalmus ipsi dauid id est ipsius dauidis.

Datiuus emphaticus superflue adijei ab Hebræis nō
nunquam solet ut conuertantur michi timentes
te, sic si ignorat tibi.

Vocatiuum per prepositionem designant ut anū-
tiate inter gentes pro, o vos gentes. et in populis
pro, o, vos populi.

Vocatiui apud Hebræos sepe sunt in tertia persona
qui confidunt id est uos qui confiditis sic qui po-
tens pro, o, potens.

Vocatiuus usu lingue in nominatiuo per tertiam
personam exprimitur ut miserator et miseri-
corum dominus pro, o, miserator et misericors
domine sic magnificans salutes Regis eius

pro

pro 101 qui magnificas salutem regis tui.

Ablativus apud illos habet vim similitudinis
ut qui probati sunt argento id est tanquam ar
gentum.

Comparativus Latinorum Sebrigi representant per
adiectivum constructum cum genitivo ut ~~sum~~^{sexces}
sum regum id est excelsiorem regibus.

In distributionibus sic loquuntur^{uu} Sebrigi ut nomine
singulari multitudinem ementent ut ordinatio
ne perseverat dies id est dierum singulj.

Sebrigi sic pronomen transponunt et in laqueum ca
dat in ipsum, pro et in laqueum ipsum cadat.

passim apud Sebrigos occurrunt duo relativa pronomina
posteriore vel redundante vel emphatica ut quorum
non audiantur voces eorum sic cuius participatio
eius in idipsum

antecedens apud Sebrigos in diversis casibus demons
trativus proponitur ut dies annorum nostrorum in ipsis
septuaginta annj pro in ipsis diebus annorum nos
trorum sunt septuaginta annj.

Relativum sine antecedente ponitur sicut sed intel
ligendum est, facta est iudicia sanctificationis eius
intelligendum dominj. sic subaudiunt sepe Se
brigi relativum ut vide similitatem meam de
inimicis meis id est quae est de inimicis, sic non
in labijs dolosis suple quae non sunt in labijs do
losis sic et non est via suple in quo non est via

Relativum proponere suo antecedenti usitatum
est in Saet lingua ut fundamenta eius in mon
tibus sanctis sicut ecclesiae de qua postea diligit
dominus portas Sion vel Sionis sic suscepit

eos de uia iniquitatis eorum egredios nempe de
quibus postea.

Relatiuum sine antecedente usu linguę Sebręi po
nunt ut multiplicatę sunt infirmitates eorum.
atq; ad eos de potestate relatiui excitandum est an
cedens ꝑ Seasi Sebręa ut quę dicitis in cordibus
uestris ꝑro de his quę perperam cogitatis.

Hebraismi qui ad partem orationis quã
illi ^{dabar} 737 nos uerbum uocamus
pertinent. ~.

Hebręi loquuntur per eclipsim uerbi substantiuum
eius locus usurpant pronomina ut usq; quę gra
ui corde suple estis et benedicti uos a do mi no sup
ple estis.

Simplicia uerba Sebręorū designant etiam compo
sita latinorū et grecorū ut expulisti eos ubi Sebra
ice missisti uel quod uel emissisti uel immisisti ꝑ
rest exponi.

Verba Sebręorū actiua sepe permissiuum dumta
xat significant ut nec damnauit eum eum iudi
cabitur illi id est non permittet eum damnari ꝑ
uersis hominum iudicijs.

In hac lingua preterita et futura sunt omnium
modorū ꝑo particularium adiunctione ut et assi
milabor ꝑro ut assimiler sic et laborabit in ꝑ
ternum ꝑro ut laboreat. sed in mandatis et ꝑre
cationibus futura sunt imperatiui et optatiui mo
di ut non occides id est ne occidito.

Precedentia tempora in hac lingua dant signifi
cationem sequentibus id est si sequantur futura
post preterita, illa futura tempus preteritum sig
nificabunt ut ipsi uero considerauerunt et

inspexerunt est. Sebraice considerabunt est.
 tertis personis utriusq. numeri uerborum personalium
 impersonaliter capiuntur ut educes me de laqueo quem
 abscondiderunt michi supple Somines. sic nunc quid
 sion dicitur pro sioni dicitur.

Imperfecta latinorum et grecorum uno modo repre-
 sentantur per futura cum quibus praeterita miren-
 tur. ut facientes praevanitiones odium. ubi post
 hoc in fonte est proponam perambulabo, quae pro
 inde doct. 70. reddiderunt proponebam peram-
 bulabam.

Sebraicus optandi modus est per interrogationem
 quis dabit salutem id est utinam daret et quis
 dabit michi per nos sicut columbae id est utinam
 haberem.

Infinita usurpant pro ceteris omnibus ut man-
 dare salutem id est qui mandas uel manda.

Infinita cuiuscumque generis fuerint active et pas-
 sive accipiuntur ut infirmari illos quod 76. re-
 soluerunt passive. ueni michi molesti essent. Hier-
 onimus active cum me molestarent.

Infinitivus cum prepositione in quam nostri cum
 gerundio coniungunt ut in conuertendo Sebra-
 ismus simul est et graecismus pro quibus conuer-
 tit.

Infinita saepe sumuntur pro nominibus ut sede-
 re meum, surgere meum, pro quibus nos Sabem,
 sessionem meam et resurrectionem meam.

Infinitiva pro gerundijs cum prepositione Sebra-
 ice et grece usurpantur ut iudicare pupillis et
 Sumidi sic illuminare Sis qui in tenebris. sic
 in Sabitare causa Sabitandi.

Verba inuocandi et memorandi apud Sebricos
 cum

cum prepositione, in, constructum ut si inveni-
bus & si in equis, pro hi uirrus et equos inuo-
cabunt uel me morabunt.

Verba sensuum in Sac lingua cum prepositione
constructur ut ad uidendum in bonitate ele-
cti, prout uideamus bonitatem electorum.

Sebraice lingue more imperatiuus ponitur
futuro ut querite dominum & confirmamini
pro confirmamini.

Infinitiu quantumuis uoce sine actiua sunt
significatione passiuia ut iudicare te, quod. 70.
uenerunt entob & uenescere. et notet dum iudi-
catis.

multi dicunt anime meę Sebraismus pro deam
ma mea. sic dilatasti michi constructio Sebraica
pro dilatasti me.

Cum uerbis sentiendi a possessis aut eclipsis
usitata est ut audiet auris mea. uin dicitur sup-
ple uel quid simile.

Participium constructum ad instar nomi num
in nomen degenerat, tu es in sustentantibus
animam meam, quod notet & dominus est sus-
ceptor anime meę. sic moyses & Aaron in sa-
cerdotibus eius est.

Verbo conuertere, uel participio conuersus, Sebrai-
cuntur pro ad uerbis, iterum, rursus, de uo,
ut deus tu conuersus uiuificabis nos.

futura pro presentibus in rebus solitis usurpare
solent ut exaudiat uocem orationis meę id est
exaudire solet.

verbum uisitandi nunc constructur cum a uer-
bis ut uisita uineam istam: nunc cum preposi-
tione, super, et super filium hominis suple

uisita

visita.

§. 3.

Hebraismi qui ad reliquas orationis partes spectant.

Adverbium negandi propositum adiectivis, omnis vim negativae unice salis habet. ut non sumet omnia id est nulla sumet nihil auferet. item et non accendit omnem iram suam id est nulla, istam iram penitus retinuit. sic non fecit taliter omni nationi id est nulli. Hoc tamen non est perpetuum, aliquando enim solum particularis negans sic enuntiatur, ut non omnis quid dicit michi domine etc.

Adverbia qualitatis per ablativum cum propositione in representant Hebraei ut iudicabit populos in iustitia id est eque, iuste, sic in superbia id est superbe.

Comparationis alteram particulam ommittere solet ut bonum est confidere in domine quam sperare in principibus, intelligitur magis.

comparationis particula altera usu lingue desideratur, ut quantum distat ortus ab occidente longe fecit audis etc. suple tantum.

modus comparationis Hebraice est per propositionem super ut dilexisti malitiam super benignitatem id est malum plusquam bonum. sic molliti sunt sermones eius super oleum id est plusquam oleum. et illud quoniam confortati sunt super me id est plusquam ego.

Prepositio super in greco facit quod coniunctio piel Hebraice id est auget significationem ut in iudicis tuis supersperavi.

Hebraei sepe duas prepositiones coniungunt ut de

post

postfretantes accepit eum.

De, et, in, non prepositiones materiae sunt sed loci
ut laudate dominum de caelis nempe vos, o, caelites,
qui in caelis agitis. sic Paternoster qui est in caelis
id est qui in caelis deus. O sana in excelsis, id est
vos qui estis in excelsis ei bene precamini.

Hebraei usurpant, a, prepositionem pro propter, a
facie, ut a facie peccatorum meorum id est propter pec-
cata mea. uel etiam pro contra, ut a facie inimi-
ci id est contra.

Hebraei in adiurationibus utuntur prepositione
be sicut nos per se propter ut in precepto id est per
preceptum.

Prepositio α be Latine, in, superponitur pro de uel
in quemadmodum est apud grecos dum dicunt is
with Platona ut in te cantatio, id est de te uel propter.

Particula, quia, cum particula, nisi, significatione
ad coniuunctiuum modum transit ut nisi quia domi-
nus adiuuit me id est nisi dominus adiuuisset.
Et nisi quia dominus erat in nobis id est nisi domi-
nus fuisset nobiscum.

Hebraice particula, si, interrogat ut si est intelli-
gens id est an est intelligens?

Hebraei poete literas, mose be caleb, et particulas
eis equipolentes sponte transibunt ut dediti leti-
tiam in corde meo. a fructu frumenti perreceptum
particula α uel β

Hyperbole Hebraica supra coelos, que sane superat
in clamor coelo.

Particulam aduersatiuam at, tamen, ut et uerbum
substantiuum solent agitationi relinquere ut
multi qui persequuntur me et tribulant et a iu-
dicijs tuis non declinaui supple at tamen.

Modus exagrandi Hebraicis in verbo misericordibus
id est immensa et sublimis.

Particula tunc uertit futurum in preteritum ut tunc
canet id est ceinit.

Hypothetica Hebraeorum formula per imperatiuum
irascimini nolite peccare id est si irascimini no-
lite peccare. sic ab altitudine diei timebo pro si
ab altitudine diei timeam.

Poterunt et alij Hebraismi in sacra pagina re-
periri, qui tamen predictis bene intellectis et
phrasisibus quas lib. 2. capite. 10 collegimus
facile intelligentur.

De

De schematis figuris et tropis sacre
scripture.

Ex libro Bede
Presbiteri de
schematis et
tropis.

Solet aliquoties in scripturis ordo verborum causa
decoris aliter quam vulgaris uia dicendi. Sabet
figuratus inueniri quod grammatice grece schima
uocant, nos Sabitum uel formam uel figuram ree
te nominamus quia per hoc quodammodo uer
titur et ornatur oratio. Solet iterum tropica lo
quutio reperiri que fit transacta dictione a propria
significatione ad non propriam similitudinem
pro necessitate aut ornatus gratia. gloriantur
quidem greci talium se figurarum uel troporum fuisse
repertores. sed ut omnes cognoscant quod sancta
scriptura ceteris omnibus scripturis non solum a
utoritate quia diuina est, uel utilitate quia ad
uitam ducit eternam, sed et antiquitate ~~dipta~~
preeminet positione dicendi. collectis de ipsa exem
plis ostenditur quod nichil huiusmodi schema
tum siue troporum ualeant pretendere ullis seculis
eloquentis magistri, quam non illa precesserit
sunt autem multe schematum seu figurarum
species sed eminentiores se que sequuntur.
Sb3 prolypsis, zeuma, hipozeuxis, syllypsis,
anadiplosis, anafora, epanalyptis, epizeuxis,
paranomasia, eschesisonomaton, parimias, o
mioteleuton, omi doston, pollypteton, irmos,
pollysin detson, dialithon.

Prolypsis preoccupatio siue presumptio dicitur ^{et figura}
est quando ea que sequi debent anteponuntur. ut
in tercia Reges ingenti molle latinus
quadrijugo ue situr curru, et uigis in Turno in albis
et iuxta Arsebanus magne spes altera Romę

Pro

vigiliis
enei. 12.

- Proceedunt castris. Et in psalmis fundamenta eius
 psal. 36. in montibus sanctis diligit Dominus portas Sion
 anteposuit eius et postea uiuus id est Dominus et alibi
 psal. 21. Disserunt sibi uestimenta mea et super uestem me
 am miserunt sortem pro diuident et mittent et
 ezechiel. 1. Ezechiel nihil anteposens ita incipit, et factum
 est in tricesimo anno. sermonem conuentionis
 posuit nihil aliud ante uis hoc subiungeretur
 proponens.

Quoma conuentionis dicitur, figura quando multa pende
 tia aut uno uerbo aut una sententia concluduntur
 ut, Troiuega inceptes diuum qui numina Psebi
 qui tripodas, clarij lauros qui sydera sentis.
 Et uoluerum linguas et prepetis omnia penne. Sicut si
 mile est illud in Apostolo omnis amaritudo et ira
 et indignatio et clamor et blasphemia tollat a uobis.
 sententia autem ut psalmista proponens qui ingre
 ditur sine macula et operatur iustitiam qui loquitur
 ueritatem in corde suo est ad ultimum ita concludit
 qui facit hoc non commouebitur in eternum.

Hypozexis est figura superiori contraria ubi singu
 la uerba uel sententia singulis quibusq; clausulis sub
 iunguntur ut. Regem addit et regi memorat nomemq; genemq;
 quid uerpetat quid uerpetat: mesentius arma.
 quos sibi conciliet uolentiaq; pectora Turni.
 edocet humanis quos sit fiducia rebus.
 admonet immiscetq; preces hanc fit mora.

Tharcton uingit spes fidusq; ferit. tale est et illud
 in uerbo ut in psal. uirtutem terribilium tuorum
 dicent et magnitudinem tuam narrabunt. memo
 riam abundantis suauitatis tuae exultabunt et ius
 titiam tuam exultabunt. Et Apostolus sic pro
 pte

perit inquit euacuabuntur siue lingua cessabunt
siue scientia destruetur. Sententia ut si consistant
aduersum me castra non tamen erit cor meum. si exur-
gat aduersum me presidium in hoc ego sperabo.

Syllipsis est dissimilium clausularum per unum uer-
bum conglutinata conceptio ut sic illius arma. hic
curtus fuit. Hoc se hema late patet et fieri solet
non solum per partes orationis, sed per acciden-
tia partium orationum. Item syllipsis est cum sin-
gularis dictio plurali uerbo adiungitur ut sunt
nobis mitia poma. castaneae molles et presi copia
lactis. simile est illud cum casus discrepantes
in unam significationem congregamus. ut atten-
dite popule meus legem meam. et ad faciendam
uindictam in nationibus, increpationes in populis.
quod enim ait ad faciendam numeri singularis est
quod addidit increpationes pluralis. fit etiam syllip-
sis in sensu id est ubi pro multis unus uel pro uno
multi ponuntur. pro multis unus ut immissit in
eis muscam caninam et comedit eos ranam et
exterminauit eos cum non unam ad extermi-
nandos Egyptios muscam seu ranam, sed uel
inmemeras immitteret. Item pro uno multi
ut astiterunt reges terrae et principes conue-
runt in unum Reges enim pro Herode: princi-
pes pro Pilato positos Apostoli intellexerunt,
quemadmodum continentur in actibus Apostolorum.
Anadiplosis est congeminationis dictionis quae in ul-
tima parte praecedentis uersus et prima sequentis
iteratur ut. sequitur pulcherrimus Assur.
Assur equo fidens et uersicoloribus armis. simile

est illud stantes erant pedes nostri in altis tuis
Hierusalem Hierusalem que edificatur ut ciuitas
et Hieremias medereliquerunt fontem aquarum uiuam
et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas
que continere non ualent aquas.

Anapstora est relatio cum eadem dictis bis spig
ue per principia uersum repetitur ut.

nate mee uires mea magna potentia solus
nate patris summi qui celo Tigbo ea tenuis.
simile est illud dominus illuminatio mea et salus
mea quem timebo? dominus protector uitae meae
a quo trepidabo. et quo antea sumus uisi si consis
tant aduersum me castra non timebit cor meum
si exurgat aduersum me prelium in hoc ego sperabo.

fit autem Anapstora et in eodem uersu per prin
cipia sensuum ut vox domini in uirtute vox
domini in magnificentia vox domini confin
gentis cedror. que figura psalmis uisitatissima
est. Sane quidam Epistola Anapstoram uocant.

Epanalipsis est uerbi in principio uersus positi in
eiusdem fine repetitio ut.

ante etiam sceptrum dicte Regis et ante.
simile est illud gaudete in domino semper iterum
dico gaudete. et in psalms deus quis similis
erit tibi? ne taceas neq. compes caris deus.

Epizeugis est eiusdem uerbi in eodem uersu sine a
liqua dilatione congeminationis ut. me me ad sunt qui
feci in me conuertite ferrum. o Rutulij mea fraus
omnis. Sicut simile est illud consolamini consola
mini popule meus dicit dominus uester. et ite
rum eleuare eleuare consurge Hierusalem.

Et iterum uiuens uiuens ipse confitebitur tibi.
Et in psalms. Dies dies exaltet uerbum et nox
nocti indicat scientiam. alibi repetitio eisdem
sermonis patin longie obtinet nomen.

Paronomasia denominatio dicitur quoties dictio
penesimilis ponitur in significatione diuersa
mutata uidelicet littera uel syllaba ut nam incep
tis est amentium. ^{haud amantium} Et apud ciceronem qui fuit
Deus felicissimus nunc erit Deus desertissimus
Et custodia sacrorum non honoris sed oneris esse
existimabitur. tale quoque est illud in psalms. 21.
iuxta Hebraicam ueritatem interconfessi sunt
et non sunt confessi. Et Apostolus uidetema
los operarios uideat conuersionem: nos autem
sumus circumcisio qui spiritu deo seruiamus.

Synonymiam id est multitudinem conuentionum
diuerso sono unam rem significantium ut
marcha manus peligna cohortes festina uirum uis.
simile illud quoque uegenti peccatrici populo
gravi iniquitate semini nequam filijs scele
ratis. Et in psalms peccauimus cum Patribus
nostris in uultu egiimus iniquitatem fecimus.

Parimion est cum ab eisdem litteris diuersa uer
ba sumuntur ut.

O Tite tute tanti tibi tanta tyranne tulisti.
que nimirum figura quia ad positionem litterarum
pertinet melius in ea lingua qua scripta est edita
que requiritur. Sabemus tamen et in nostratibus
Platone unde demus exemplum dictum est enim
in psalms benediximus uobis deus domini
Deus dominus et illuxit nobis. Et in alio ita

illius

illius secundum similitudinem serpentis sicut
 aspidi suae et obturatis auribus suis.
 Omioptoton similis terminatio dicitur figura
 quibus media et postrema uersus suae sententiae
 simili syllaba finiuntur ut eos redire quam re-
 linqui, reuehi quam deserui malui. simile est
 in ecclesiaste melius est uidere quod cupis quam
 desiderare quod nescias. Et iterum melius est
 a sapiente corrigi quam stultorum adulatione deci-
 pi. Haec figura Poetae et oratores saepe adhibentur
 Poetae huiusmodi, pericia diuisi patuerunt ut ueluti
 oratores uero ita, beatus Job desolatus agnitus in tra-
 quietate ad maiorem notitiam perducendus, ta-
 ctus est uerbere ut odorem suae uirtutis ta-
 to latius spargeret quanto maiore aromatum
 incensione flagraret. quod uelut qui Sae
 dixit sepe usque fuisse repositum. et Suius
 modi orationes esse reor quas Hieronymus ca-
 echinas rhetorum declamationes appellat.

~~Omioptoton~~ cum in similes sonos exeunt dicta plu-
 rima ut merentes flentes lacrymantes commi-
 serantes. tale est etiam illud cantate exultate
 et psallite. et Ezechiel. quod si genuerit filium
 latronem effundentem sanguinem et paulo
 post in montibus comedentem et uxorem pro-
 ximi sui potulentem, egenum et pauperem
 tristantem, rapientem propinam pignus non
 redentem et ad idola leuantem oculos suos
 abominationem facientem ad usuram datam
 et amplius accipientem nunquid uita uiuet?

Polyptoton est cum diversis casibus variatur
oratio ut *Litora* ^{Littoribus} ~~Littora~~ ^{constrata} flutibus undas
impetor arma armis pugnent ipsique nepotes.
& Apostolus quoniam ex ipso & per ipsum
& in ipso sunt omnia ipsi Sonor & gloria
in secula seculorum. & in psalms nunc dealba
buntur in selmon mons dei mons coagulatus
mons pinguis ut quid suspicaminj montes
coagulatis? mons in quo benedictum est
Deo Sabitare in eo.

Imor convenientia dicitur quando series
orationis tenorem suum usq ad ultimū sex
uat, nulla videlicet alia vel causa vel perso
na mutata ut.

Principis cælum ac terram camporq liquentes
luentemq globum lunę, Titanidq astra.
spiritus in eis ^{salit}. simile est illud ut in ps
alms deus in nomine tuo saluum me fac
et usq dum ait: non proposituerunt deum ante
conspectum suum. orat enim Propsera ut a
uxilio domini saluatoris ab hostium insec
tatione liberetur.

Polisindeton est oratio multis nexa coniu
ctionibus ut Athamasq Thoasq. Pelidesque
neoptolemus, Primusq maestron. simile est
illud in psalms dominus conseruet eum, & ui
uificet eum & beatum faciat eum. & emū
det in terra animam eius & non tradat eum
in manus inimicorū eius.

Dialiton uel Asindeton est figura superiori

102

15

com

107
[Faint, illegible handwritten text in a medieval script, likely Latin or Gothic, covering the majority of the page. The text is written in a cursive hand and is significantly faded and difficult to decipher.]

contraria carens coniunctionibus ut.
 ite ferre citi flammis date tela impellite remos.
 tale est illud in psalmo. iubilate deo omnis terra
 psalmum dicite domino eius date gloriam laudi
 eius dicite deo quam terribilia sunt opera tua
 domine.

§ 2 De Tropis.

Tropus est dictio translata a propria significa-
 tione ad non propriam similitudinem ornatus
 necessitatis de causa. sunt autem Tropi (qui la-
 tine modi vel mores interpretari possunt) nume-
 ro tredecim. Metaphora, catachresis, metalep-
 sis, metonymia, antonomasia, epiteon, sinechese,
 onomatopoeia, periphrasis, hyperbaton, hyperbole,
 allegoria, omiosis.

Metaphora est rerum uerborumque translatio. Hec fit
 modis quatuor ab animali ad animale, ab inani-
 mali ad animale, ab animali ad inanimale,
 ab inanimale ad animale. ergo ab animali
 ad animale fit sic.

Tyrus in aurigam celeres fecere carinas. nam et
 auriga et gubernator animam Sabent. simile
 est in sacra scriptura illud quare fremuerunt gen-
 tes? et dominus qui eripuit me de ore leonis et
 de manu ursi. Et si superero pennas meas ante lucem.
 nam et Sommes bestiarum et uolucres animam Sa-
 bent. ab inanimale ad animale ut.

Pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla. nam
 et pelagus et rates animant non Sabent. simile
 est illud in sacra scriptura aperit libane portas
 tuas et qui perambulans semitas maris trans-
 latio est enim a ciuitate ad montem et a terra

ad mare quorum nullum animam Sabet.

ab animali ad inanimale ut.

At Solantis circum assidue cum nubibus atris
pinniferum quod caput vento quassatur et imbris
nix Sumeros infusategit, tum flumina mento
precipitant senis. Et glacia riget Sordida barba.
nam ut Sge animalis sunt, ita mons animam
non Sabet cui membra Sominis adscribuntur.
Sicut simile est illud Amos. ^{sicc} exspiratus est
vertex carmelij. Somines enim non montes
verticem Sabent.

ab inanimale ad animale ut.

aut si fama mouet, sitantum pectore robur.
concupis. nam ut robur animam non Sabet
ita Turnus cui Sge dicentur animam Sabet.
Sicut simile est illud auferam a uobiscor lapis
Deum non enim lapis sed populus animam Sa
bet.

Metaphora autem aut partis unius est ut fluctu
are segetes non potest enim dici segetare fluctu
aut antistrophe id est reciproca ut remigium
alarum: nam et alij auum et alarum remigia
dicuntur. Sic tropus et ad deum fit multiua
rie: a uolucris ut sub umbra alarum tuarum
protegeme. a feris ut dominus desion rugiet.
a membris humanis ut quis mensus est pugillis
aquis et celos palmo ponderauit? ab homine
interiore ut inueni dauid filium Iese virum
secundum cor meum. a motibus mentis tunc lo
quetur ad eos in ira sua et periret me homi
nem fecisse. et zelatus sum sion zelus magnus
et innumera Suiusmodi. a rebus insensibili
bus ut ecce ego stridebo super uos sicut stridet

pla

plaustrum onustum feno. qui uidelicet tropus
 et in communi loquutione usitatissimus est.
 ut cum dicimus fluctuare segetes, gemare uites,
 floridam iuuentutem et lacteam caniciem.
 Catachresis est usurpatio siue abusus nomi-
 nis alieni aut uerbi ad significandam rem
 que propria appellatione deficit, et eo a meta-
 phora differt, quod illa uocabulum Sabenti
 largitur, hec quia non Sabet proprium alie-
 no utitur ut parricidam dicimus qui occide-
 rit fratrem et piscinam que pisces non Sabet.
 Sed enim nisi extrinsecus sumerent suum uoca-
 bulum non Saberent. Siue simile est illud
 ponit uertes in quatuor angulis mensę per sin-
 gulos pedes et sextum sagum in fronte tecti du-
 plius. Et ibi confringit cornua arcuum. Et la-
 bium illius erat quasi labium calicis repandi-
 lilię: pedes quippe, et frons, et cornu, et labium
 somnium tantum sunt, et animantium non
 etiam rerum insensibilium: que nomina si scri-
 ptura prefatis rebus non impotuisset, quod
 proprium his diceret non Saberet. ad hunc
 tropum pertinet quod scriptum est, est autem
 Hierosolymis probatica piscina, a piscibus
 enim nomen accepit aqua, que nequaquam
 propter pisces, sed ad labandas (ut ferunt)
 hostias collecta est unde et probatice nome-
 sortita.

Metonymia est dictis gradatim pergens ad id
 quod ostendit, et ab eo quo procedit id quod se-
 quitur in sinuans ut: speluncis abscondit atris.
 Et, post aliquot mea regna uident mirabor aristas.

et, inq manus charis nodosaq uenit arundo.
nam per manum uerba per arundinem littere
significatq sunt. tale est illud labores fructuum
tuoq manducabis. labores enim potuit probis
que laborando acquiruntur bona. nec non et illud
draco iste quem formasti ad illudendum ei. per
draconem diabolus, per diabolum bonus an
gelus intelligendus est, qualis sibi a deo est cre
atus.

metonymia est quedam ueluti transnominatio
ab alia significatione ad aliam proximitatem
translata. Suius multe sunt species: per id
quod continet, id quod continetur: per id quod
continetur id quod continet: per inuentore
id quod inuentum est, per inuentum inuen
torem: per efficietem id quod efficitur: per
id quod efficitur efficientem. aut enim per id
quod continet id quod continetur ostendit, ut
nunc patetas libare Ioui. et, Teatra plaudunt
prata mugiunt; dum illic homines plaudunt
sic boues mugiunt. aut contra per id quod con
tinetur id quod continet ut.

crateras Ixi statuunt et uina coronant. et,
iam proximus ardet.

Ucalegon. dum non ille sed domus eius arderet.
aut per inuentorem id quod inuentum est, ut,
sine Cerere et libero friget Venus. et,
commixtam Vulcanus mittit ad astra fauillam.
vult enim per Cererem frumenti inuenticem
intelligere panem, per liberum inuentorem
uitis vinum: per Venere[m] libidinem: per
vulcanum ignem.

aut

aut contra per inuentum in uentorem demonstrat,
 ut, uinum precamur, pro libero qui uinum apud
 grecos inuenit. Item per efficientem id quod
 efficitur: sicut pigrum frigus, quod pignos ho-
 mines faciat. Et timor palidus, eo quod pali-
 dos homines redat. aut contra per id quod effi-
 citur efficiens, ut, iungit equos auri genitros,
 spumantiaq; addit. frena feris. Spuman-
 tia frena dixit, cum utiq; non ipsa faciant spu-
 mas, sed equus qui ea gerit spumis consper-
 gat infusus. His similia sunt illa de sacra scri-
 ptura. per id quod continet id quod continetur
 ostendit, ut, effundens Syriam in canalibus.
 at contra, ut, accipe literas tuas. neq; enim Syri-
 a, effundebatur, sed quod in ea continebatur:
 nec literę in manus, sed carta quę literas conti-
 net assumitur. Et iterum, et, dimittite eam
 et uadat et aspicietis: non enim arca sed pla-
 ustrum, quo continebatur, uel boues qui ducebant
 plaustrum ire poterant. Sic et per efficientem
 id quod fit, et contra per hoc quod fit effici-
 entem designat.

Antonomasia est significatio uicenomina po-
 sita et accidentibus uidelicet propriam signi-
 ficat personam: quę tribus fit modis, ab animo,
 a corpore, et extrinsecus. ab animo ut, mag-
 nanimusq; Anchisiades, a corpore, ut, ipse ar-
 dus atq; pulsat... Sydera. extrinsecus, ut,
 infelix pulch, atq; impar congressus Achilj. His
 simile est illud ab animo ut nunquid non tu peres
 sibi superbum?

A

a corpore ut uir spurcius altitudinis sequubitorum
et palmy. ab elatione enim animi diabolus. Sic
intelligitur superbus. a quantitate corporis Go-
liath gigas significatur.
Extrinsicus que sumuntur in plures species sepa-
rantur. descendunt enim a genere, ut, nunquid
omnibus ~~omnibus~~ uobis. Dabit filius Isai a-
gium. ab eo, ut, autorem seditionis secte na-
zareoy. ab actu qui tradidit eum dedit eis
signum dicens. ab uentura, ut, discipulus ille
quem diligebat Iesus. Per hunc tropum aliquo-
ties et dominus ipse demonstratur a genere
ut, o sana filio David. ab eo, ut, qui sedes
super cherubim appare. ab actu, ut, peccavi
quid faciam tibi o uultus hominum.

Epitheton est preposita dictis proprio nomini:
nam antonomasia uicem nominis sustinet
epitheton nunquam est sine nomine, ut, dicitur
ce laeno. et Diua camila. et Alma Ceres,
et obsceni q canes importunusq uolueres.
tale est in sacra scriptura, ut, dilectus
Deo et hominibus Moyses. et miseratus et
miseratur dominus. et iustum Iob oppre-
ssum. fit etiam epitheton modis tribus. ab
animis, a corpore, extrinsecus. Sic duobus
tropis aut uituperamus aliquem uel ostendi-
mus uel ornamus.

Sinedoche est significatio pleni intellectus capax
cum plus minusue pronuntiat. aut enim a
parte totum ostendit. ut,

Saud alter puppes q tuę puppesq tuorum.
aut contra ut,

Et ingens a vertice pontus
in puppi miserit exiititur pronusq magister. et
gramineas, alij fontemq ignem q ferebant.

similiter in sacra scriptura aut totum a parte ostendit
dicitur, ut in. 72. animabus ingressus est Jacob egyptum.
cum non solę anime sed cum corporibus suis ingressę fuerint.
aut contra, ut, tulerunt dominum meum. dominum dixit cum domini
corpus querebat. aut enim totum a parte ostendit
ut, verbum caro factum est. et eramus uero
in nauı uniuersę anime ducentę septuaginta
sex. aut contra ut ibi, ergo propter paruos
ceuem Iudeorę quia iuxta erat monumentum
ubi posuerunt Iesum.

onomatopęia est nomen de sono factum, ut,
tinitus aeris, clangor tubarę, hinnitus equorum,
mugitus bouum balatus ouium, latratus canũ,
rugitus leonum, stridor ualuarę. inueniuntur
se et in sacra scriptura, ut. Tymbalum tinniet.
et quasi tuba exalta uocem tuam. et canite
tuba. et, nunquid circumdabis collum equi hinnitum?
et rugitus leonis et, vox leonę. et,
canes muti non ualentes latrare. ad Sumetropũ
pertinere quidam exhibunt sibilos serpentiu,
porcorę stridores, ceteroręq uocem confusam
animantium, quę et ipsa in scripturis san-
ctis sepius reperitur.

Periphrasis est circumlocutio que fit aut ornata
de rei causa que pulchra est, aut vitata que
turpis est, ut,

etiam primo nouo spargebat lumine terras.

Tiboni, croceum liquens aurora cubile. et

nimis ne luxu obtusior usus

sic genitali arbo sulcos oblimet inertes.

similiter et in sacra scriptura. ueritatem

splendide producit ut est, sumus quorum

si terrestris domus nostra cuius habitatio

nis destruetur, quod edificationem habemus

ex deo, domum non manufactam eternam

in uelis. foeditatem euitans, ut, nam foemi

ne eorum immutauerunt naturalem usum, in

eum usum qui est contra naturam.

Hiperbaton est transcensio quedam uerborum

ordinem turbans, cuius species sunt quinque

isterologia, anastrophe, parentesis, tmesis,

synchysis.

Isterologia uel isteronproteron est sententia

cum ordo uerbis mutatur ut,

torrere parant flammis, et frangere saxo.

et, postquam alto tetigit fluctus, et ad equora

uenit. Prius enim franguntur fruges et post

ea coquantur: et ante ad equora uenit, et sic

tetigit fluctus. tale est illud: Sic accipiet bene

dictio nem a domino, et misericordiam a deo

salutari suo: prius enim dominus miseran

do iustificat impium, et sic benedicendo

coronat iustum.

Anas

Anastrophe est uerborum tantum ordo preposterus
 ut, Italiam contra, pro contra Italiam & litte-
 ra circum, pro, circum littera. tale est illud
 quam obrem ego deprecabor dominum, pro
 ob quam rem.

Parentesis est interposita ratiocinatio diui-
 se sententię ut

Aneas neq; enim patitur consistere mente
 passus amor, rapidum ad naues premitit et
 cetera. tale est et illud Apostoli: qui enim ope-
 ratus est Petrum in apostolatum circumcisionis,
 operatus et michi inter gentes. Et cum cognouis-
 sent gratiam que michi data est Iacobus et
 Cephas et Iohannes dexteram dederunt michi et Bar-
 nabę societatis.

Imesis est simpliciter uerbis rectis, aut unius compo-
 siti, una dictione uel pluribus interiectis ut,
 talis Hyperboreo septem subiecta trioni.

Et multum nebulę circum dea fudit amictu.
 pro circumfudit. Hęc species licet in sacra scrip-
 tura facile non inueniatur, tamen Sabelus in
 Christiano poeta ut est, Hieru, quem genuit soly-
 mis dauidica proles. Soc est Hierusalem.

Sinchesis est Hyperbaton omni ex parte confu-
 sum, ut, trionibus abreptas in saxa latetia torquet
 saxa uocant Itali medijs que in fluctibus aras.
 est enim Sic ordo tris abreptas naues notus in
 saxa torquet, que saxa in medijs fluctibus laten-
 tia Itali aras uocant. simile est illud in sacra
 scriptura, si dormiatis inter medios ceteros pennę

colum

colūbz de argentate, et posteriora dorsi eius in pa
lore aucti, prius enim sic ut Augustinus ait que
rendus est ordo uerborum, quomodo finitur se
ntentia, que utiq; pendet, et dicitur, si dormia
tis, deinde incertum est utrum se penne,
an, quos penne et ad ipsas pennas loqui uide
atur. utrum ergo uerbis que processerunt
finitur ista sententia ut sit ordo, dominus
dabit uerbum euangelizantibus uirtutem ul
ta, si dormiatis inter medios clericos, uos
penne colūbz de argentate. an si que se
quuntur ut ordo sit, si dormiatis inter medios
cleros penne colūbz de argentate nunc deal
buntur in selmon. id est ipsę penne dealba
buntur si dormiatis inter medios clericos, ut illos
Soc dicere intelligatur qui species domus tan
quam spolia diuiduntur: id est si dormiatis
inter medios clericos, o, uos qui diuidimini spe
cies domus per manifestationem spiritus ad
utilitatem, ut alij quidem detur per spiri
tum sapientia, alij sermo scientię secundū
eundem spiritum, alij fides, alij genera
linguarum est. si ergo dormiatis uos inter
medios clericos, tunc penne colūbz de argenta
te nunc dealbuntur in selmon. potest et sic
intelligi, si uos penne colūbz dormiatis in
ter medios clericos, nunc dealbuntur in selmon
ut subintelligatur Somites qui per gratiam
remissionem accipiunt peccatorum. unde

etiam

etiam de ipsa ecclesia in canticis canticorum ^{dicit} que
 est ista que ascendit dealbata? promissis quippe
 dei tenetur per Prosperam dicentem: si fuerit
 peccata uestra tanquam coccinum sicut niuem
 dealbabo. potest et sic intelligi ut in eo quod
 dictum est pennę columbę de argentata subau-
 diatur eritis: ut iste sit sensus: uos qui tan-
 quam spolia speciei domus diuidimini, si
 dormiatis inter medios cleros pennę columbę
 de argentata eritis, id est in altiora eleuabimi-
 ni. o pagani tunc ecclesię cõserentes: nulla
 quippe aliam melius intelligi puto columbam
 de argentatam, quam de qua dictum est una
 est columba męa. de argentata est autem
 quia diuinis eloquijs erudita. eloquia namq;
 domini alio loco eloquia casta dicuntur, ar-
 gentum igne examinatum, terra purgatum
 septuplum. magnum itaq; est bonum dormi-
 re inter medios cleros, quos nonnulli duo
 testamenta esse uoluerunt: ut dormire sit
 inter duos medios cleros in eorũ testamentorũ
 auctoritate requiescere, ut quando aliquis ex-
 sis profertur et probatur, omnis intentio pa-
 cifica quiete finiatur.

Hyperbole est dictis fidem excedens augendi mi-
 nuendi ue causa. augendi ut, niue candidior
 minuendi ut tardior bestudine. talce est et
 illud aquilis coeli uelocior, leonib; fortior.

minuendi: ut terreat te sonitus folij uolantis.
et migrata super carbonem facies eorum.

Allegoria est tropus quo aliud significatur quam
dicitur, ut,

et iam tempus equum fumantia soluere colla.
Soc est carmen finire. Sui simile est leuate
oculos uestror et uidete regiones, quia albe
sunt ad messem. Soc est intelligite quia po
puli parati sunt iam ad credendi. Suius spe
cies multe sunt, ex quibus eminent Ironia,
antiphrasis, enigma, charientismos, pari
mia, sarcasmos, arismetos.

Ironia est tropus per contrarium quod conat
ostendens, ut,

egregiam uero laudem, et spolia ampla referis
tu q puerq tuus magnum et memorabile nomen.
vna dolo diuim si femina uicta duorum est.

Sane nisi grauitas pronuntiationis adiuuerit,
confiteri uidebitur, quod negare contendit.
Sui simile est illud clamate uoce maiore, deus
est enim Baal et forsitam loquitur, aut in
diuersorio est, aut in itinere aut dormit
ut exaltetur.

Antiphrasis est unius uerbi Ironia, ut, bellum
Soc est minime bellum: lucus, quod minime
luceat. Parce, quod minime parcant. item in
sacra scriptura ut amice ad quid uenisti?
inter Ironiam et Antiphrasin Soc distat
quod Ironia pronuntiatione sola indicat

quod

quod intelligi vult: Antiphrasis uero non uoce
pronuntiantis significat contrarium, sed su-
is tamen uerbis quorum origo contraria.

Enigma est obscura sententia per occultam si-
militudinem rerum, ut,
mater me genuit, eadem mox gignitur ex me.
cum significat aquam in glacem conuersi, et
ex eadem rursus effluere. tale est illud in sa-
cra pagina, ut, pennae columbae de argentatae
et posteriora dorsus eius in specie auri. cum sig-
nificet eloquia scripturae spiritualis diuina lu-
mine plena. sensum uero eius interiorum ma-
iori celestis sapientiae gratia resurgentem, uel cer-
te uitam sanctae ecclesiae presentem uirtutum pen-
nis gaudentem, futuram autem quae inuisibilis est,
aeterna cum domino claritate futuram.

Charietismos est tropus, quo dura dicta gratia
proferuntur, ut cum interrogantibus nobis
num nos quesierit aliquis? responderetur bo-
na fortuna. exinde intelligitur neminem nos
quesisse. simile est illud nonne pro Rachel
seruui tibi? quare imposuisti michi? uno enim
uerbo iniuriam quam patiebatur grauissimam
temperantius loquens significauit.

Paximia est accommodatum rebus temporibusque
pro uerbum, ut, aduersus stimulum calcas et lu-
pus est in fabula. Siue simile est illud, canis
reuersus ad uomitum suum, et, num et Saul
inter Prophetas? quorum uocem cum quemlibet
post actam penitentiam ad uicia relabi, altero

tunc

tunc utimur cum in doctum quicq[ue] officium
docendi assumere, uel aliud quid³ artis quam
non didicit sibi uel usurpare uiderimus. Sic
tropus adeo late patet, ut libex salomonis
quem nos secundum Sebros parabolos dicimus
apud grecos ex eodem Paremiary Societ³
lex dicitur accepit.

carcasmos est plena odio ^{Sostilis} ~~partitio~~ q[ue] irrisio, ut,
en agros et quam bello Troiane ^{pebisti}
Sesperiam metrice iacens Hec premia qui me.
et in sacra auctoritate, alios saluos fecit seipsum
non potest saluum facere. si Rex Israel est
Descendat nunc de cruce et credimus ei.

astismos est tropus multiplex numerosq[ue] uirtutis.
nam astismos putatur quidquid dictum simplici
tate rustica caret, et faceta urbanitate expo
litum est, ut illud,
qui Baiuum non odit amet tuacarmina Medij
atq[ue] idem iungat vulpes et mulgeat Sircos.
tale est et illud utinam abscondantur qui uos con
turbant.

Notandum sane quod Allegoria aliquando factis
aliquando uerbis tantummodo fit: factis quide
ut scriptum est quoniam Abraham duos filios
habuit, unum de amilla et unum de libera, que
sunt duo testamenta ut Apostolus exponit. uer
bis autem solummodo, ut, egredietur uirga
de radice Jesse et flos de radice eius ascendet.
quo significatur de stripe dauid per uirginē
Mariam dominum saluatorem fuisse nas
citurum. aliquando factis simul et uerbis

una eademque res allegorice significatur. factis
 quidem ut, uendiderunt Ioseph^{us} Ismaelitis
 triginta argenteis. uerbis ut appenderunt mer-
 cedem meam triginta argenteis. item factis ut, ~~erat~~ erat
 autem Dauid rufus et pulcher aspectu, et unxit
 eum Samuel in medio fratrum suorum. uerbis
 ut, dilectus meus candidus et rubicundus electus
 ex millibus: quod utrumque mystice significat
 mediatorem dei et hominum ^{peccatorum} ~~quodam~~ ^{quodam}
 sapientia et uirtute, sed sui fuisse sanguinis effu-
 sione roscum, eundemque unctum a deo Patre,
 deo legitime preconsecratis suis. Item allegoria uer-
 bis siue operis aliquando Historicam rem, aliquando
 typicam aliquando tropologicam id est morale ra-
 tionalem: aliquando anagogen hoc est sensum ad
 superiora ducentem figuram denuntiat. Per Historicam
 namque Historicam figuratur cum factura primorum
 sex siue septem dierum totidem computatur etab-
 bus. per uerbum dum hoc quod dicit Iacob Patri-
 archa: catulus Leonis Iuda ad pradam fili mi
 ascendit etc. de regno ac uictorijs Dauid in-
 telliguntur: per uerbum, spiritalis de Christo
 siue ecclesia sensus, cum idem sermo Patriar-
 che de dominica passione ac resurrectione fide-
 ter accipitur.

Item allegoria facta, tropologicam hoc est morale
 perfectionem designat, ut, tunica talariis et polz
 mita, quam Iacob Patriarcha filio suo Ioseph^{us}
 fecit, uariarum uirtutum gratiam quo nos
 deus pater usque ad terminum uite nostre semper
 indui precipit et donat, insinuat. allegoria
 uerbi eandem morum perfectionem significat,

ut

ut, sint lumina uestri praesentia et lucerna ar-
dentes in manibus uestris. allegoria facti
anagogicum, hoc est ad superiora ducere
sensum exprimit, ut, septimus ab Adam
taxerxes ad quem Themistocles fugit, quamuis
patrem Xerxes antea turpiter profligasset.
mirum est Sebros fere hunc esse opinari qui
uictus sit ab Alexandro. §. 9

Circa sacratum ignem aduerte quod Levitici. 9. cum
primum Aaron consecratus est sacerdos cumque
ipse et filij eius offerrent iussu moysis sacrifici-
a apparuit ignis et uenit de celo, qui quod
die subuebatur et conseruabatur sic per sacer-
dotes fomentatus ut continuo duraret. Sic dicitur
est sacratus ignis. Sume ignem iussu Hieremias
tempore captiuitatis quidam sacerdotes cum suo
altari absconderunt in puteo siccis uallis Josaphat.
postea Neemias captiuitate soluta mis-
sit ex descendentibus ab illis sacerdotibus, qui
quererent dictum ignem et inuenerunt hoc
eius aquam crassam, qua aspergentes ligna
sacrificij radijs solaribus desuper ferientibus
exiuit ignis qui multo post tempore fuit conser-
uatus donec ut ait Augustinus de ciuitate dei
et refertur. 1. 9. 1. Sicut cumulus sacerdotum
uendibile factum est et pretio acquirabatur.
Arcam quoque testamenti tabernaculum et altare

incensi ut dictum est prefato tempore abscon-
dit Hieremias in quadam caaverna, de quo
Epiphanius, et Hugo de s. victore ait quod
diuina providentia occulta manebunt usque ad
diem iudicij; ne si reuelarentur inuenta mul-
tis Judicis ad Sue in sua secta perseueran-
tibus occasio fieret maioris duritij et per-
tinacij in suis erroribus perdurandi. Et
ideo ad similitudinem prioris arce (ut alibi
tetigimus) altera in reedificatione templi
facta est, et in ipso collocata; que una cum
delabris mensa et alijs spolijs in destructione
Hierusalem facta per Titum Romam translata
est.

§. 10

Præter orbis ad promulgandum Christi euangeli-
um sic Apostolis contigerunt diuus Petrus Ro-
mæ et in eius partibus predicauit. Andreas in
Æthiopia. Iacobus maior in Hispania. Sanctus
Ioannes in Asia Philippus in Syria. Bar-
tolomæus in Licaonia. Thomas in Parthia
Hircania et India. Mattheus in Macedonia
et Æthiopia. Iacobus minor in Hierusalem
Iudas Thadæus in Media Mesopotamia et Pon-
to. Simon eius frater in Pexside. quo factum
est ut impleretur illud psalmi 28. in omnem
terram exiuit sonus cornu et in. f. or. te. rex.
eorum. Post Apostolos autem predicatoris no-
men diuus Ambrosius sibi arrogare uidetur
quod ex fructu predicationis ipsius cognoscit
siquidem per eam ecclesie genuit diuum Au-

et Paulus

de his diximus
paulus aliter 5
lib. 1. cap. 24 -
§. 8.

gubli

gubium.

[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical or scientific manuscript.]

de 70.

[Faint handwritten text on the left margin.]

[Faint handwritten text on the left margin.]

25
~~Septuaginta~~
 Septuaginta Hebdomadibus quas daniel. cap. 9. sig-
 nificat dicens Septuaginta Hebdomadibus abbreviatibus
 sunt super populum tuum etc. varie a doctis
 explicantur ex quibus aliquas sic accipere exposi-
 tiones.

Hebdomada prima super dicitur danielis capite sic pro-
 cedit. ab exitu sermonis angeli ad danielem qui
 expectabat libertatem per cyrum usque ad exitum
 ipsum de captivitate intercesserunt duo anni. et
 46. quibus templum edificatum est ut constat
 ex Joannis. 2. cap. inde vero ad dimidium heb-
 domada in qua occidit Christus dominus sunt 442
 anni qui omnes simul complent 490. unde iux-
 ta sunt auctorem Hebdomada usque ad Christi mortem
 protrahuntur, et complentur anno tertio cum dimidio
 post eam, quando euangelium Hierosolymis fuit
 plene denunciatum.

Secundo exponit prefatus Pentus sic. a dario qui
 primus occupavit babilonem, usque ad ultimum
 darium, qui ab alexandro devictus est cum medis
 et persis in ditionem suam subiecit intercesserunt
 anni. 191. Inde vero duravit grecorum imperi-
 um. 220 anni secundum veterem computationem
 usque ad Iulium cesarem primum Romanorum im-
 peratorem; ab initio vero dicti Romani imperij us-
 que ad Christi domini mortem. sunt anni. 76. ut li-
 quet ex annalibus eusebii. Christus autem dominus
 occisus est in dimidio Hebdomadae ultime, quae im-
 pleta est anno tertio cum dimidio post Christi domini

mortem. unde residuum numerus annorum. 490
qui efficiunt dictas annorum hebdomadas son-
gulis hebdomadibus septem annos annuerunt
90. Sae hebdomadas diuidit angelus ad danie-
lem loquens in tres partes, prima continet sep-
tem hebdomadas, quae durauerunt usque ad tem-
plum instauratum: secunda pars continet. 62
in quibus varius futurus erat in Iudaea hebreorum
cursus, tertia pars continet usque ad mortem Chris-
ti domini diuinitum hebdomadae, in qua predica-
tio ipsius, et miracula usque ad mortem comprehen-
dunt.

Lib. 1. sectio
ne. 2. pag. 23

Sextus senensis lib. 1. sup. bibliothecae, enumerat
dictas 90 hebdomadas, a secundi templi instau-
ratione usque ad natiuitatem Christi domini, inter
quae duo tempora. 490. annos annuerunt.
ego uero (ni falsus sum) quantum aliquando iux-
ta computationem Iosephi colligere potui, dicen-
dum existimam, quod hebdomadae incipiunt ab eo tem-
pore quo Artaxerxes Rex dedit esdrae licentiam
(qui ob bonum nunciium angelus dici potest) ad
restaurandum templum: quod ex ipso contextu
phetae daniel. 9. colligi uideat si attente legat. ab
eo enim tempore dicitur Iosephus de antiq. mihini
dec. supputare usque ad orbem conditum. 3506 ann
usque ad Christum uero dominum natum. 457^o
additis autem usque ad passionem. 32. annis et me-
sibus efficiunt 490. anni, qui est numerus pre-
dictarum hebdomadarum.
His tamen suppositis hebdomadarum expositionibus
sub

subcorruptione in aliis sententiam. Si diligenter
 terra danieles inspicat. forte erit ab ea ditioni
 per eas ~~instauratum~~ explicata. interpretando nu-
 merum earum ab instaurato templo et civitate post
 reditum e babilone; templi autem instauratio. Ab
 annis completa est. et inde ad Christum dominum
 natum et ducem sunt 483 anni aut ad sumum
 485 qui efficiunt septem et ^{sex} sexaginta duas heb-
 domadas. ad Christum dominum usq; signatas a
 propheta, post quas ipse ait perducit occidendum.
 Sex hebdomada autem una que multis confirmavit
 partem. ea videt que a predicatone Christi initio
 usq; ad tertium annum cum dimidio post eius mortem
 intercessit. q; autem ab urbe et templo instaura-
 to. Scimus de hebdomada enumerand queniāt
 ex illis verbis danieles non capite utas colligi
 inde. S; sicut ergo et animaduerte ab exitu ser-
 monis ut iterum edificet Hierusalem usq; ad Chris-
 tum ducem hebdomades septem. et hebdomades
 sexaginta duxerunt. et valeat tamen hec con-
 iectura quantum valere potest.

Præceda lib. 2. monarch. c. 7. §. 1. 2. et 3. nunc
 eas has hebdomadas non ab anno primo Cyri. quan-
 do angelus ventus est danieles; neq; ab anno secundo
 regni eiusdem cum templum cepit edificari; sed ab
 exitu sermonis ut iterum edificet Hierusalem. quod
 ipse dicit fuisse anno 20. regni darij longiman. qui
 (aut) dedit licentiam neemia ad eundem Iudæam ad the-
 rusalem reedificandam. neemia 2. cap. 2. anno mun-
 di 3507. numerant autem septem hebdomades
 usq; ad ultimum annum Pontificis ioachim filij Iesus
 tempore esther. Inde ad Christum partum, sunt alie
 sexa

Septuaginta die hebdomadae, et dimidium alte
runt. addit vero profanus author. Perierunt lib
l. contra Iudaeos male errante computando has
hebdomadas usq. ad natiuitatem domini, sicut
et prophetam Iacob. transit autem (ait) dari
et a septuaginta annis captiuitatis corporales, ad
septuaginta hebdomadas annorum, quibus de
tinendi erant ueluti spiritaliter captiui, expe
tantes aduentum Christi domini dicit.
de hebdomadis uero annorum fit mentio. Leuit
23. et 25. §. 2

concordia genensis cum exodo
quoniam cap. 15. genis. loquens deus ad Abraham
dicit q. sciendo scies q. peregrinum erit semen tuum
in terra non sua et in seruitutem tuam redigentur
et affligentur 400 annis. et contra in exodo Sabi
tatis filiorum israel, quamanserunt in egypto
fuit 430. annorum. notandum est utrumq. sacris
scripturis testimonium uerum esse, si temporibus
tinguant. quamuis si liquidius computent, nec
430 annos, nec solum 400 filij israel in egypto
sub seruitute manserunt: si enim ad diept quo
Iacob et filij sui in egyptum ingressi sunt, usq. ad
ipsum ultimum diem, quo inde duce moyses sunt
regressi supputentur, manifestum est omnes an
nos quos hebrej in egypto sunt amirati iuxta
computationem eius ibij esse 430. a prima tamē
promissione Abrahę. i. ab anno 75. usq. usq. usq.
ad tempus illud quando Iacob cum filijs egypto
ingressus est, fuerunt anni. 215. post ingressum
autem Iacob in egyptum, usq. ad tempus, quaf
ij

hujus omnes israel in signis & prodigijs de egypto e-
 gressi sunt computantur: antequam anni 235 qui
 in iudamamradati affuerunt. 430. ut ergo heraq;
 a se non discrepent. Si suppones a. 75. annu grati
 abrahe. quo ad eum promissa facta est usq; ad ex-
 itum filiorum israel de terra egypti. 430. annos
 reperes. Si autem ab annu. 5. natiuitatis Isaac, us-
 q; ad tempus egressum de vltima seruitute sumam
 collegaris. et quo paruitus ipse Isaac semen utiq;
 abrahe ab ismaele cepit affligi. 400. annos iuxta
 verbum dei inuenies.

Item Augustinus sic. quod dictum est ad abraham
 sciendo scies. qz per eum erit etc. de populo Isra-
 el, qui erat in egypto seruitutus apertissime pro-
 phetatum est, non qz in ea seruitute sub egyptijs
 affligentib; 400. annos ille populus erat per alios
 sed in ipso 400. annis pronunciatum est hoc futurum.
 quemadmodum enim scriptum ^{est} de thare patre a-
 brahe. et fuerunt dies thare in Charran. quinq;
 et ducenti anni, non qz omnes ibi alii sunt, sed
 qz omnes ibi completi, ita et hic, propterea interp-
 situm est, et in seruitutem redigent illos, et affliget
 illos 400. annis, quoniam ista numerus in eadem
 afflictione completus est. non qz ibi universus sit per-
 actus.

quadringenti porro dicuntur anni propter nu-
 meri plenitudinem, quamuis aliquando plures sint
 siue ex vltis tempore computent, quo ista promissa
 e abrahe; siue ex quo natus est Isaac semen ipsius
 de quo semine ista predicant.

Et annis igitur a promissione abrahe facta usq; ad exi-
 tum

gen. 11

lum Israel iuxta computationem ^{prophetam} factam ita
meminit Apostolus ad Galat. 3. Scie autem dico
inquit Testamentum confirmatum a Deo quia
post 430 annos facta est lex non infirmata ad
evacuandam promissionem. iam ergo isti qua-
dringenti anni poterant appellari, quod sunt pau-
lo plures, quanto magis cum iam aliquot ex
istis numeris preterissent, quando illa in vultu
demonstrata, et predicta sunt Abrahæ;
vide et pondera beum actus 13. ubi 450 anni
enumerant, quod intelligendum est computan-
do a natiuitate Isaac usque ad diem exitus de
egypto. 400 annos, et deinde 40. deserti, et
ultra hos alios decem quibus Josue omnium na-
tiones expugnauit, ut colligitur cum Lyran Josue
11. cap.

Si autem ulterius querat quis pacto promissum
sive Abrahæ ibidem, quarta generatione exituros
filios Israel de terra egypti cum moyses dicat, quod
vinta generatione exierunt filij Israel de terra
egypti? R. quod si quartam generationem compu-
tes, eam de tribu leui numerare incipies: si quin-
tam de Iuda. Repleta ergo genealogiam leui, sic
leui genuit Caat, Caat genuit Amram, Amram ge-
nuit Aaron, Aaron genuit Eleazar, Eleazar autem
genuit Phinees. Caat cum patre suo leui ingressus
est egyptum. Rursus Eleazar cum patre suo Aaron
egressus est de egypto, a Caat usque ad Eleazar genera-
tiones sunt quatuor.

Si autem vis ostendere quomodo secundum exodu-
m quin

quinta generatione filij israel egressi sunt de ter-
 ra egypti. tribus tibi iuda sic numerantur. iudas
 enim genuit Phares, Phares ebron, ebron abram,
 abram aminadab, aminadab naason, naason
 salmon. Phares autem cum patre suo iuda ingressus
 est egyptum, naason princeps tribus iuda in
 deserto describit, cuius filius salmon terram pro-
 missam introiit, a Phares ergo usque ad naason
 generationes sunt quinque, quamvis nonnulli in
 ebron initium faciunt, et ad salmon perueniant,
 similiter et ab abram usque ad phares. Hec Hiero-
 nimus. Josephus lib. de antiq. septima generatio-
 ne exisse videt dicere. quod verum in his eorum ge-
 nerationes ab abraham connumerant, septem & per-
 sonas. quod autem Baruch. 6. cap. de septima generationibus dicit
~~rationibus~~ ^{septuaginta} ~~expresse~~, intelligit de ~~septuaginta~~ ^{septuaginta} annis
 captiuitatis babilonicae. ut textus ipse sacer declarat
 Prædictos autem 403. aut 430. annos, sic ego minu-
 taxim computo. Abraham erat 75 annorum, quando
 ei fit promissio, quod rediturus esset de egypto, inde
 ad natiuitatem Isaac 25. annis. Inde ad generatio-
 nem iacob ex Isaac. 60. annis. Iacob 91. annorum e-
 rat cum genuit ioseph. Inde ad ingressum iacob in
 egyptum 37. aut 39. anni, quod genes. 41. constat.
 Ioseph enim Sabebat 30. annos cum profectus est ter-
 re egypti, et postea uenerunt septem anni maxime v-
 bertatis, et deinde duo maxime famis, quod quingenti
 famis supererant, quando ioseph uiscitum patrem suum
 iacob, ut constat, genes. 45. qui anni in sumam redacti
 efficiunt 215. Rursus post ingressum iacob in egyptum
 tum

In duobus an-
nis pot. hices
se aliquale du-
bium, sed incep-
ti in 35^{ta} compu-
tantur pro comple-
tis 2

hunc, vixit Joseph. 71. aut 73 annos; Inde ad nati-
uitatem moysi. 62. inde ad egressum duce eodem
moysi. 30. anni, qui complentur 215. qui addi-
ti predictis 215. efficiunt 430. Et sic est intelligen-
dus Paulus. 430 annos commemorans. Si vero compu-
tatio fiat a quinto anno natiuitatis Isaac, quando is-
mael uxor es ludebat, et insequerebat eum. sunt 30
anni minus, et sic manent 400 anni, quos
alibi sacra scriptura commemorat.

§. 3

Pro Intelligentia exalta illorum uerborum. Luc.
eg. 1. fuit in diebus Herodis Regis iudee sacer-
dos quidam nomine Zacharias de uice Abia.
notandum est. q. Zacharias pater Joannis baptis-
te fuit sacerdos non quidem summus, q. nec erat
de linea Ithamar ex qua successit summus sacerdos
Abimelech; nec de linea Eleazar ex qua successit
summus sacerdos Sadoch; neq. summum sacerdotium
Symonace occupauerat uir sanctus, quia postea
uendibile ferebat quotannis. sic Ambrosius. Luc. 1. et
Beda ibidem. fuit eeg. Zacharias sacerdos de uice
Abia. Pro quo animaduertendum, quod legu-
r. 1. paral. 24. dauid designauit uiginti quatuor uersus
ex descendens, ab Eleazar et Ithamar filijs Haron
ut sacerdotio fungerent inter quos ualida est sol-
ue singuli per hebdomadas ministerio templi pro-
ut solis obtrigisset ad scriberent. octaua autem sol-
cecidit super Abiam a quo Zacharias pater Joannis
descendit, ac proinde euangelista eum nominat de
uice Abia.

cons

26

constituit etiam David de ~~lingulis~~ Sary familiarum
 singulis summos sacerdotes qui ceteris preessent: de fa-
 milia quidem Eleazar substituit summum sacerdotem
 sadoc: de familia autem Itamar substituit Abime-
 lechum et in his duobus pontificatus stetit sicut in
 eorum parentibus precesserat et quidem primum iussu
 dei pontificatum gessit Eleazar et familia ipsius ob cuius
 peccata transactus est ad Heli qui erat de familia Ita-
 mar prout refert nicolaus de Syra et Josephus, et
 in hac familia dictus pontificatus persistit usque ad
 tempus Salomonis sequo refert scriptura quod pri-
 uavit pontificatu Abiatharem qui erat de successi-
 one Itamar substituens loco ipsius Sadoc qui erat
 de familia Eleazar. Predicti summi sacerdotes pon-
 tificatum gerebant toto tempore uite sue perpetuum
 cum successione filiorum ad parentes donec post tras-
 migrationem Babilonis reuersis Iudaeis Hiero-
 limam qui ipsis administrabantur auaritia et aliis
 sceleribus infecti statuerunt ut pontificatus temporalis
 sine annuis et uendibilis venderetur. 1. maibab.
 1. et 2. maibab. 7. §. 4

Ex genes. 11. cap. et luc. 3. oritur non mediocri dif-
 ficultas imo difficilimum dilemma ex eo quod in cita-
 to loco genes. dicitur Arphaxad genuisse Sale; at ue-
 ro lucas cap. citato ait Arphaxad genuisse Cayna
 Caynam uero genuisse Sale. Thomae Cayetani expositio-
 nem super hunc locum excusantis lucam quia secu-
 tus est non Hebraicam ueritatem sed. 70. uel Semē-
 ter representat Ambrosius lib. 1. anotati. contra
 ipsum. Bedam uero presbyterum a des torsit pre-
 dictus lucas olim, et mentem eius ^{vexauit} ut in

num. 20.
 Syra. 1. reg. 2.
 Joseph. s. ant.
 cap. 12.
 3. reg. 2.

præfatione. actum apostolicum sic scripsit maxime
(inquit) miror et propter ingenij tarditatem
ve sementissimo stupore percussus nescio pres
crutari quæ ratione est.

Nauclerus volum. 1. super dicta uerba genes. 11. as
serit quod sale cognominabatur Caynan unde
eadem persona duobus nominibus appellatur
altero scilicet ingenesi et altero apud lucam. ex
quo facile dicta duo loca concordantur.

Aliis videtur ita in lucam esse legendum ut una dicti
o. scilicet caynan sit expositiva alterius scilicet sale, ita
Joann. Lucidus samothecus lib. 1. cap. 6. genebras.
in Chron. Massius lib. 2. Chron. Anselmus
in cap. 3. Luc. Eugub. in cap. 11. genes.

Circa cap. 2. genes. de loco paradisi terrestris Summe
~~quem ponit Pereira lib. 3. epilogum et de quatuor~~
fluminibus ipsius epilogum quem ponit Pereira
lib. 3. (quoniam ueritati consonus uidetur) adnota
to. arbitrat^{ur} (inquit) non solum in hoc nostro or
be regionibus quæ terrarum nobis cognitæ habitantibus
sed etiam vel in ipsa Mesopotamia uel non inde pro
uul fuisse paradysum cuius rei supra varijs locis
multa sparsimus argumenta. Primum enim Mo
yses dixit ad plagam orientalem regionis Seden
locatum fuisse paradysum: terra uero Seden Isaiã
et Ezechiele autoribus uel mesopotamię partem
uel ei propinquam fuisse existimamus. postea cons
tat duo flumina paradisi Tigrim et Eufratem
habere originem in montibus Armenię, cursum
per mesopotamiam Assyriam et caldeam, exitu
uero in sinum Persicum: quare et reliqua

Duo

refert Dinedalib.
1. monarch. cap.
6. paragr. 1.

duo flumina non inde prorsus fluxisse, et para-
dysum circa istas regiones fuisse necesse est.

Deinde cum Tigrim et Eufratem constet ex diuer-
sis fontibus oriri, quod Moyses dicit eos dimanare
ex uno eo flumine, quo rigabatur paradysus, non
aliter videtur posse intelligi quam ut per unum illud
flumen significetur locus in quo Tigris et Eufrates
mixtis aquis simul coeunt. Et aliquantisper unius
fluminis instar (qui pars tigris dicitur) se habent.
postea factis aquarum diuortio rursus in proprios
alveos separantur: nec solum ipsi sed etiam et duo
alia flumina Phison et Gion inde deriuantur.
quam obrem valde fit verisimile circa illum locum
quo Tigris et Eufrates confusis aquis specie vnig
fluminis decurrunt consitum fuisse paradysum.

Præterea propensissima videtur ad veritatem e-
orum sententia qui existimant priscos illos homines
ante diluuium et post diluuium Noe ac filios eius
vicinas paradysio sedes tenuisse; tum natalis solis
Sumani generis amore, tum propter eximiam e-
ius terre bonitatem: terram enim paradysio pro-
ximam fertilissimam saluberrimam, et amenissi-
mam fuisse credere par est. Noe autem et filios
eius eorumque posterorū primum tenuisse loca Ar-
menie supra cuius montes arca consistens di-
luuij aquis resedit, tum Mesopotamie Assyrie
ac Babylonie regiones coluisse: indeq. ad alias
regiones et terras habitandas et colendas segre-
gatos et profectos esse, legenti decimum et un-
decimum caput genesios satis manifestum est.

Secille

Ex eodem lib. de benedictionibus. duodecim Patriarcharum
 genes. 49. in quarta prophetia de Iuda circa illa
 uerba non auferetur sceptrum de Iuda et d. d. f.
 e. d. v. qui mittendus est nota sequentem epilo
 gum quem ponit explicans suam sententiam post
 longissimam habitam disputationem ait igitur
 Dicam hoc ipsum paulo etiam si potero expressius
 et breuius cupiens scilicet ut nostra hęc opinio facilius
 in eorum qui legerint hęc animis imprimatur et
 penitus hęc fiat impressa.

Prophetia hęc dupliciter intelligi potest primo
 quidem in comune de uniuerso populo Hebręo
 ut sententia illorum uerborum non auferetur sceptrum
 de Iuda ^{hęc sit} ~~est~~, non desinet populus Sebręus
 Sabere principes quorum imperio regatur ex sua
 stirpe gente aut sanguine quo ad usq. ueniat Me
 dias. quo circa illud de Iuda idem ualeat atq. de
 populo Iudaico: uel de Iuda, significat proprie
 tribum Iuda sed posita est pars illius populi nobi
 lissima pro populo ut inter dum Hierusalem
 et Syria pro Iudeis et Babylon pro Chaldeis in uni
 uersum et samaria uel Ephraim pro regno de
 cem tribuum atq. sacratione intellecta hęc prophe
 tia simpliciter atq. omnino uera esse liquet pers
 picitur. a Moyses enim usq. ad Herodem impe
 rium Iudaici populi non alij quam qui ex gente et
 ex stirpe Sebręorum erant obtinuerunt. et sane pro
 phetia Suius intelligentiam secuti sunt fere Patres
 qui ante mille annos fuerunt.

Cuius autem Iacob uaticinium quod in uni uersum
 per

pertinebat ad populum Sebrum tunc peritissimum
 iudicavit pronuntiare cum loquebatur de tribu Ju-
 da causas suprasatis (ait ille) exposuimus. Et tu
 considerare Sic potes.

Altera huius prophetie explicatio est non minus
 quam superior probabilis, quoniam etiam planior
 et ad intelligendum et ad credendum proclivior
 istam sane prophetiam proprie ad tribum Juda
 pertinere, et sententiam eius esse sane, cum tribus
 Juda principatum in populo Sebro nacta erit
 tenebit ipsum perpetuo nec perdet unquam quoad
 usque uentur messias: quod ita plane euenit etenim
 prima adepti est regale imperium creato rege
 Dauide idque tenuit in posteris eius usque ad capti-
 uitatem Babylonicam postea licet personae te-
 nentes in populo sceptrum fuerint Pontifices
 de tribu Leui, atamen sceptrum ipsum atque impe-
 rium, et ut vulgo dicitur (la corona) erat tribus
 Juda nam ipsa regis et ditio eius regni subditi
 et sedes regni, et ciuitas regia erant tribus
 Juda: quapropter appellabantur reges et reg-
 num Juda non autem Leui. Hoc autem sceptrum
 et imperium Juda licet Herodes quoque Sabuerit,
 quia tamen non Sabuit legitime id est neque here-
 ditario iure, nec populi consensu et electione, sed
 inique sibi delatum a Romanis etiam per uirum
 ipse rapuit: idcirco uere dicitur regnante Her-
 ode ablatum esse regnum de Juda. ~~Secundum~~ Le-
 uita in quo opiniones ac modos dicendi uarios in sac-
 non infrugifera et difficili questione pleris ad longum
 videre.

Circa.

Circa illa uerba actorum 7. (et translata sunt in Si-
dien, et positi sunt in sepulchro quod emit Abra-
ham pretio argenti a filiis Emor filij Sichem)
quia non bene concordare uidentur cum ijs
que circa eandem narrationem dicuntur gen. 23.
24. et 33. 49 et 50, immo et Ioan. 4. et Jo-
sue. 24. si textum attentè legas, animaduerte cum
Lyranus hoc citato actuum que sequuntur, sūt
etenim uerba ipsius. Et translata sunt in Sichem
est hęc litera (ait) uidetur multum intricata
et discrepare ab eo quod habetur genes. 23. de spe-
lunca quam emit Abraham, et genes. 33. de
agro quem emit Jacob a filiis Emor. propter quod
ad intelligentiam huius passus sciendum quod
Abraham emit illam speluncam ab Ephron
Sethes: et Jacob illum agrum a filiis Emor
patris Sichem ut patet in textu, in spelunca uero
ab Abraham empta fuit Jacob sepultus illic por-
tatus de egypto genes. ultimo. in agro uero que
emit Jacob, et quem dedit Joseph filio suo ut
habetur genes. 49. sepulta fuerunt ossa Joseph
illuc asportata de egypto ut habetur Josue ultimo.
de alijs uero Patriarchis non habetur descriptio
satis ubi sint sepulti. sed Hieronimus dicit de
sancta Paula quod ipsa pertransiuit usq. in Sichem
et uidit ibi sepulchra duo deum Patriarcharum.
Josephus uero. 2. lib. de antiq. cap. 3. dicit q.
frater Joseph mortui in egypto a posteris suis
fuerunt translati in ebron et ibidem sepulti.
et in hoc magis uidetur credendum uicō Jo-
sep̄i quam Hieronimo, quoniam longo tēpore
fuit

fuit ante Hieronimum; et quia natus fuit in Iudaea
 et certius cognovit omnia Iudaei loca.

His ergo promissis sciendum quod sanctus Lucas
 sic simul recitat duas historias intricate et expo-
 nitur litera sic. et translatis sunt et et positi-
 sunt in sepulchro quod erit Abraham sicut partim
 hic et partim ibi quia Ioseph certum est quod se-
 pulchrum fuit in Sichem in spelunca Abraham ut predi-
 ctum est. de Iacob vero certum est quod sepultus
 fuit in Sebron. de alijs Patriarchis dubium est
 utrum vel ibi sint sepulti, licet michi probabilis
 videatur quod in Sebron sicut dictum est.

A filijs Emor istud non coniungitur litera in medi-
 o de precedenti, sed antecedenti ubi dicitur et trans-
 lati sunt in Sichem super emptam a filijs Emor
 per ipsum Iacob ut predictum est. et sic exponit
 se de hac historia.

Sed huic expositioni videtur obviare quod sequitur
 filij Sichem, quia genes. 33. dicitur quod Iacob
 emit partem agri a filijs Emor patris Sichem
 et sic Emor non fuit filius Sichem sed pater eius.
 sequenda tamen expositionem istam potest faciliter
 responderi quod idem Somus frequenter habet
 patrem et filium eiusdem nominis sicut Domi-
 nus cardus comes Valentij bonae memoriae Sabu-
 it patrem regem francie nomine Philipum et fi-
 lium eiusdem nominis. et sic potest dici de
 isto Emor quod Sabuit patrem nomine Sichem,
 de quo fit hic mentio cum dicitur, a filijs Emor
 filij Sichem, et filium eiusdem nominis de quo
 dicitur genes. 33. d. a filijs Emor patris Sichem.

sed quia expositio dicta uidetur multum intricata,
et quia litera uidetur pretendere quod Abraham
emit pretio argenti a filijs Emor sciendum quod
ibi posset dici (sine praeiudicio tamen) quod ille
Emor de quo hic Lucas loquitur fuit idem cum
Seor patre Epson et fuit binominus sicut in s
criptura multi leguntur binomij. sic Abrahā
emit a filijs Emor quia ab Epson emit de fi
lijs eius: et iste Emor alio nomine dicitur Seor
habuit patrem nomine Sichen. ille autem Emor
de quo fit mentio genes. 33. habuit filium nomine
Sichen; nec est inconueniens si ponantur eadem
nomina diuersorum hominum hic et ibi quia fre
quenter homines diuersorum locorum et temporum
in nominibus conueniunt. et secundum hanc
expositionem litera planior uidetur.

Sciendum etiam quod Sichen sic dupliciter acci
pitur uno modo prout est nomen ciuitatis cum
dicitur trans lati sunt in Sichen; alio modo pro
ut est proprium nomen hominis cum dicitur
filijs Sichen, Sucusq; tyrannus. et quidem sepe
et ubiq; sacra scriptura uerissima dicit ut pon
derat diuus Augustinus et si nobis non sint per
uia imo difficulta uideantur.

Circa praedicta autem - S. Hieronymus. par. 7. et
pistolarum tracta. 6. de optima genere interpre
tandi epist. 74. sic dicit Sucus uir apostolicus
et euangelista scribit Stephanum primum Chris
ti martirem in iudaea contione narrantem
in. 75. apimabus descendit Iacob in Egyptum
et defunctus est ipse et patres nostri trans lati sunt

sanctus

alloq. 7.

in Sichem, et positi sunt in sepulchris quod emia
 Abrahāam pretio argenti a filiis Emor filij
 sichen. Sic loquitur in genesi multo aliter inue-
 nitur, quod scilicet Abrahāam emit ab Ephron
 Sethes filio Seor iuxta Ebron quadringentis
 draemis argenti speluncam duplicem et a-
 grum circa eam, sepelivitque in ea Sarāam uxo-
 rem suam atque in eodem legitur libro postea
 reuertentem de mesopotamia Jacob cum uxoribus et
 filiis suis posuisse tabernaculum ante salēm urbē
 sichimorum quę est in terra Chanāan et habitasse
 ibi et emisse partem agri in quo habebat tentō-
 ria ab Emor patre sichen centum agnis et stateris.
 se ibi altare et inuocasse ibi nomen Israel.

Abrahāam non emit specum ab Emor patre sichen
 sed ab Ephron filio Seor nec sepultus est in sichen
 sed in Sebron quę corrupte dicitur Arboc. duode-
 cim autem Patriarchę non sunt sepulti in Arboc
 sed in sichen quia ager non est emptus ab Abrahāa
 sed a Jacob. differo solutionem huius questionis
 ut obiectatores mei querant et intelligant non
 uerba in scripturis consideranda sed sensum, hęc
 et dictis uerbis sanctus Hieronymus.

Idem autem sanctus eadem epistola post multa
 alia in hęc prorumpit uerba

Sanctus Hieronymus. 2. par. epistolary tractatu. 6.
 de optimo genere interpretandi epistola. 71. circa
 predicta post multa sic loquitur. in epistola ad
 Romanos idem Apostolus Paulus exemplum de
 Isaia sumens ecce inquit ponam in Sion lapidem
 offensionis et petra scandalis. discordat a transla-

tione

roman. 9.

uig. 3.

tione ueraci, et tamen cum Sebraica ueritate con-
cordat. 70. enim contrarius sensus est. non ut la-
pidi offensionis occurreret neque ut petre ruine. cum
apostolus quoque Petrus Sebris Paulus consentiens
ita posuerit incredulis autem lapis offensionis
et petra scandalij. ex quibus vniuersis perspicuum
est apostolorum et euangelistarum interpretatione
ueterum scripturarum sensum quos uerba;
nec magno opere de ordine sermonibusque curasse
cum intellectui res pateret. Lucas uero apostolus
et euangelista scribit Stephanum Christi martirem
in Iudaica contione narrantem in. 75. animabus
descendit Iacob in Egyptum et defunctus est ipse
et patres nostri translati sunt in Sichem et positi
sunt in sepulchro quod emit Abrahama propter ar-
genti a filiis Emor patris filij Sichem. Sic locus
in genesi multo aliter inuenitur quod sub Abra-
hama emit ab Ephron Setheo filio Seor iuxta urbem
quadringentis dracmis argenti speluncam duplicem
et agrum circa eam sepelivitque in ea Saram uxorem
suam atque in eodem legitur libro postea reuer-
tem de Mesopotamia Iacob cum uxoribus et filiis
suis posuisse tabernaculum ante Salem urbem Si-
chimorum que est in terra Canaan, et habitos
se ibi; et emitte partem agri in quo Sabebat ten-
toria ab Emor patre Sichem centum agris, et statu-
isse ibi altare et inuocasse ibi deum Israel.
Abrahama non emit speciem ab Emor patre Si-
chem sed ab Ephron filio Seor nec sepulchrum est in
sichem sed in Hebron que corrupte dicitur Arboc.
Duo deum autem Patriarche non sunt sepulti
in Arboc sed in Sichem, quia ager non est

ad. 7.

gene. 23.
et 33.

emptus ab Abraham sed a Jacob. differo scilicet
 nomen istius questionibus, ut obiectantes mei que-
 rant et intelligant non uerba in scripturis esse
 sideranda sed sensum. 21. psalmi iuxta Sebreg
 et idipsum exordium est quod dominus locutus
 est in cruce Elieli lamazabacthani, quod inter-
 pretatur Deus meus Deus meus quare me dereliquis-
 ti. reddant rationem cur 70. translators interpo-
 suerunt respice in me: ita enim uerterunt Deus
 Deus meus respice in me quare me dereliquisti?
 respondebunt utiq. nichil damni esse in sensu si duo
 uerba sint addita, audiant et a me non periclitari
 ecclesiarum statum si celeritate dictantis aliqua uer-
 ba dimiserim. loquum est nunc euidere quanta
 septuaginta de suo addiderunt, quanta dimisse-
 rint quae in exemplaribus ecclesiarum obelisque, asteris-
 cisq. distincta sunt. lege p. 10. et 11. et 12. epis-
 tolam.

^
 Haec Hieronimus

§ 3.
 Epistola beati Hieronimi. 61. ad Paulam
 uerbicam de Alphabeto Sebreg
 in sinuans uniuscuiusq. lite-
 re seu elementi interpre-
 tationem atq. ad studia
 scripturarum exortans.

epist. 61.

Nudius tertius cum. 118. psalmum tibi insinua-
 re conarer et dicerem omnem moralem locum
 in eo esse comprehensum, et quomodo Philosophi
 solent disputationes suas in Physicam, ethicam,
 logicamq. partiti, ita et eloquia diuina aut
 de natura disputare ut in genesi et in ecclesiasticis

aut

epist. 61

aut demonibus ut in Proverbijs, et in omnibus
sparsim libris, aut de logica, pro qua nostri Theo-
logiam sibi vendicant ut in canticis canticorum
et in evangelijs. licet Apostolus sepe proponat
assumat, confirmet atq; concludat, quae propria
artis dialecticae sunt. Studiosissime perquisisti
quid sibi velint Hebraei litterae, quae in psalms
quem legebamur videbantur insertae. Respon-
di secundum ordinem litterarum eo esse compositionem
quae videlicet ex prima littera quae apud eos vocatur
Aleph, octo versus inciperent. rursus ex sequenti
Beth, eisdem versus exordium sumpserint. ac
postea ex Gimel, idem numerus completeretur.
atq; ita usq; ad Tau, quod apud eos extrema lit-
tera est psalmum esse conscriptionem. et ex singu-
lis quibusq; elementis secundum interpretationem
eorum debere intelligi quae sequerentur.

Idem flagitasti ut tibi interpretationes litterarum
educerem singularum. Dixi fateor verum, quia
propter hanc variam linguarum memoria labitur, et
omnis quod diximus desideras commentarium fie-
ri. ut si in aliquo forte titubaveris oblivionum
lectio consoleretur.

Ac prius quam de singulis disseram scire debes
quatuor psalmos secundum ordinem Hebraeorum
incipere elementorum scilicet 36, 110, 118, hunc de
quo nunc scribimus et 144. verum debes scire
in prioribus psalmis singulis litteris singulos
versiculos qui trimetris, iambicos, versu constant
esse subnexos; inferiores vero tetrametris iambi-
co constare scilicet ut deuteronomij canticum scriptum est.

In. 113, psalmo singulas literas octoni versus sequuntur. in. 144. singulis literis singuli versus gemini deputantur. sunt qui et alios hoc ordine putant incipere, sed falsa eorum opinio est.

Habet et in lamentationibus Hieremij quatuor alphabeta ex quibus duo prima quasi sapphico metro scripta sunt, quia tres versiculos qui sibi conexi sunt ab una tantum litera incipiunt, Heroici coma concludit. tertium uero alphabetum trimetro scriptum est, et a ternis literis, sed eisdem terni versus incipient. quartum alphabetum simile est primo et secundo.

Proverbia quoque Salomonis extremum claudit alphabetum quod tetrametro iambico supputatur: ac ab eo locus in quo ait, mulierem fortem quis inueniet? quomodo autem in his nostris literis non potest quis ad legenda uerba texendaque procedere, nisi prius ab elementis experiat: ita et in scripturis diuinis non ualemus ea que maiora sunt nosse, nisi ab ipsis Ethice mandatis habuerimus exordium; secundum illud quod Propheeta dicit a mandatis tuis intellexi, quod uidelicet post opera experit habere scientiam secretorum. uerum iam completum est quod petisti. ut sensum uniuscuiusque elementi interpretatio annexa significet.

Alphabeta doctrina interpretatur. Bet, domus, gemel plenitudo, Delet, tabularum, Se, ista uau et Zain, hie, Set, uita, Tet, bonum, Iod principium, cap, manus. lamed, disciplina siue cordis, mem exipsis, nun, sempiternum, samech adiutorium, Ain fons siue oculus, The

os, ab ore dictum intellige non ab osse, ne lit-
terary ambiguitate fallaris. Tsade iustitia, Caph
uocatio, xesc, capitis, Scin, dentium, Tau sig-
na.

Post interpretationem elementorum intelligenti-
ordo dicendus est Aleph, bet, gimel, dalet, S,
prima connexio est doctrina, domus, plenu-
do tabularum, quod uidelicet doctrina ecclesie
que domus dei est in librorum reperitur pleni-
tudine diuinorum. Secunda connexio est Se,
vau, Zain, ^{cheth} ista et hec uita, que enim alia potest
esse uita sine scientia scripturarum, per quam etiam
ipse christus agnosatur qui est uita credentium.
tertia connexio ~~est~~ tet, lod, bonum principi-
um, quia quamuis nunc sciamus uniuersa que
scripta sunt, tamen ex parte cognosimus et
ex parte prophetamus: et nunc per speculum
et in enigmate uidemus: cum autem meruerimus
esse cum christo et similes angelis fuerimus, tunc
librorum doctrina cessabit et uidebimus bonum prin-
cipium facie ad faciem sicuti est. quarta conne-
xio est Caph lameth manus siue disciplinam siue
cordis manus intelliguntur in opere, cor et dis-
ciplina intelliguntur in sensu, quia nihil facere
possumus nisi prius que facienda sunt sciuerimus.
quinta connexio est mem nun samech, ex ipsis
sempiternum adiutorium, hoc explanatione non
indiget, sed omni luce manifestius est, ex scrip-
turis eterna subsidia ministrari. sexta conne-
xio Sabet Ain Phe Tsade, fons siue oculus
oris iustitie, secundum illud quod in quarto nu-
mero exposuimus. septima connexio est que

et extrema quo et in ipso quoque septenario sit mihi
 us intellectus copis xere sicut Fau, uocatio, capitis,
 dentium, signa, per dentes articulata uox promittitur
 et in his signis ad caput omnium qui est Christus
 peruenitur: per quem uenitur ad regnum sempiternum.

Orate quid hoc sacratius sacramentis? quid hoc ubique
 tate iocundius? qui cibi? quae mella? sunt dulciora
 quam dei suae prudentiam, et in abdita eius in
 trare et sensum creatoris inspicere et sermones
 Domini dei tui qui ab huius mundi sapientibus de
 siderantur plenius discere sapientia spiritali? Sa
 beant sibi ceteri si uelint suas opes, uase gemma
 to bibant; serico niteant, glauca populi delectentur
 et per uarios uoluptates suas diuitias uincere neque
 ant; nostrae diuitiae sint in lege domini meditare
 die ac nocte, pulsare ianuam non patentem, pa
 nes trinitatis accipere, et seculi fluctus domino
 proeunte calcare. saluta, blesillam et Custodiam
 uirginitatis nostrae, saluta felicianam uerecantis
 et spiritus uirginitate felicem. saluta reliquam
 castitatis chorum et domesticam tuam ecclesiam
 cui omnia etiam questuta sunt times: ne dormiere
 patre familias inimicus homo zizania supersemi
 net. quanuis enim dicere uideant ego ciuitas fir
 ma, ciuitas quae non opugnata: nullus hostis
 obsidente exercitu securus est. nemo ut Beatus
 Cyprianus ait satis tutus periculis proximus. exem
 plar epistole si accipere uoluerit studiosissima nos
 tra Marcella tribuit: et memento mei obsecrans
 ut dominus noster Iesus christus conterat saba
 nam sub pedibus nostris uel uiter Amen.

epist. 62 /

Epistola. 62. Beati Hieronimi.

Ad marcellam de decem nominibus quibus apud
Sebraos appellatur deus, et singula nomina
latine exponens.

Nonagesimum psalmum legens in eo locus qui ins-
cribitur qui habitat in adiutorio altissimi in
protectione dei celi commorabitur dixeram pro
Deo coeli apud Sebraos esse positum Sadai quod
aquila interpretatur canon sive αλκιμον, al-
simon quod nos robustum et sufficientem ad om-
nia perpetranda accipere possumus: unum esse
de decem nominibus quibus apud Sebraos deus
uocatur. illico studiosissime postulasti ut uniuersa
nomina cum sua interpretatione digererem,
faciam quod petisti.

Primum nomen dei est, el, quod septuaginta
θεου Theon, id est deum. aquila, etymologiam
eius exprimens ισχιον ischiron id est fortem inter-
pretatur. deinde, Heloin, et ^{Heloe} ~~el~~, quod et ipsum
deus dicitur. quartum sabbaoth, quod septuagin-
ta uirtutum, Aquila, exercituum interpretat
quintum. Elion, quod nos excelsum dicimus.
sexum Esercheie, quod in exodo legitur qui
est misit me. septimum Adonai, quem nos do-
minum generaliter appellamus. octauum, Ias, quod
quod in deo tantum ponitur et in Alleluia
extrema quoque syllaba sonat. nonum. Tetra
yeaaton id est ανεκρωιτον id est infabile
putauerunt, quod his literis scribitur Iod, He, uau,
He. quod quidem non intelligentes propter elemē-
toy similitudinem cum in grecis literis repererunt

Heloin et Heloe. gre-
ce Thesphobus lati-
ne timor

uel eleie. id est
qui est.
significat uita,
dominum. uel spi-
ritum.

Tetragramaton gre-
ce. Latine quatuor
literarum

Pipi

28

Lipi legere consueverunt. decimum quod saepe
vix dictum est Sadai, et in Ezechiel interpretata
tum ponitur.

Scire autem debemus quod in eodem communis nu-
meri sit, quod et unus deus sic vocetur et plu-
res: ad quam similitudinem coelum quoque appe-
llatur et egli, id est Samaim. unde et saepe in
interpretis variant exemplum cuius rei nos in
lingua nostra Sabere possumus, at Senas, The-
bas, salonas. . . cap. 29. §. 1.

^{quod}
Sadai Latine pot-
est idem quod
omnipotens -

Imo hebrei deo
72. nomina at-
tribuunt; ex qui-
bus haec decem sunt
praecipua -

Eiusdem Divi Hieronimi ad
eandem Marcellam tria
verba Hebraica ex plu-

epist. 63. // ribus exponentis, scilicet alleluia, Amen, maran
atha, ubi rationem reddit quare in alia lin-
quam a septuaginta interpretibus, vel ab
Apostolis redacta non fuerint?

Nuper cum pariter essemus non per epistolam
ut ante consueveras sed presens ipse quaesisti:
quid ea verba quae ex Hebraeo in latinum non sa-
bemus expressa apud suos sonarent: ^{cum qd} ~~ut~~ ~~quae~~
sine interpretatione simposita ut est illud alle-
luia, Amen maranatha ~~quod est~~ quae in
scripturis respersa memorasti?

ad quod nos quia dictandi angustia coarctamur
breuiter respondemus, siue septuaginta inter-
pretes siue Apostolos id curasse, ut quoniam
prima ecclesia ex Iudaeis fuerat congregata
nichil ad credentium scandalum innovaret;
sed ita ut apertus imbuterant traderent.

postea

Postea uero quam in uniuersis gentes euan-
gelij dilatatus est sermo, non potuisse semel
suscepta mutari: licet et illud in libris suis
quos ^{exigitehus} ΕΞΗΥΛΤΙΚΟΥΣ uocant, origenes asserat prop-
ter uernaculum linguę uniuersiusq; idioma non
posse ita apud alios sonare, ut apud suos scrip-
ta sunt; et multis melius esse non interpre-
tata ponere, quam uim eorum in interpreta-
tione tenuare.

Igitur alleluia exprimitur laudare dominum.
ia quippe apud Hebręos unum de decem nomi-
nibus Dei est. Et in illo psalms ubi legimus
laudate dominum quoniam bonus est psalmus
apud Hebręos legitur alleluia csi tob samra,

Amen uero Aquila $\omega\epsilon\pi\lambda\sigma\tau\omicron\upsilon\mu\epsilon\nu\omega\varsigma$, Pepsitome
nos exprimit, quod nos fideliter possumus dicere
ductum ad uerbium ex nomine fidei. Amen
septuaginta $\gamma\epsilon\nu\omicron\iota\tau\omicron$ gens ita, id est fiat. unde et
in fine libri $\tau\omicron\upsilon\mu$ (in quinq; si quidem uel lumina
psalterium apud Hebręos diuisum est) fiat fiat
transulerunt quod in Hebręo legitur Amen amē,
quod est ea uere dicta que sunt supra confirmē-
tur. unde et Paulus asserit non posse aliquem
respondere Amen id est confirmare que predi-
catus nisi intellexerit predicationem.

Maranatha magis Syrum est quam Hebręum
tametsi ex confinis utriusq; linguę aliquid He-
bręum sonet, et interpretatur dominus noster
uenit: ut sit sensus si quis non amat dominum
Iesum anathema sit, et illo completo deinceps
inferatur dominus noster uenit; quod super

fluum

fluum sit aduersus eum odijis peribitibus.
 uelle contenti de re quem uerisse iam iudicet, hucusq; Hieronimo
 Hebrisi (ut fuit) de 72 nomina daretur, sed
 que eminentiora sunt retulimus, inter illa
 ro que omnibus sunt Quarta, sem est
 eiusdem dui Hieronimi de generi
 bus leprorum epistola octaua.

In hac epistola ostendit lepram subtilem descrip
 tionem ad peccatum magis animę, quam corporis
 pertinere.

Admirabile inquit diuine dispositionis examen,
 que deferri sibi deus ac exhibere uoluit magnis
 consilio et solerti scientia ac ratione mandauit.
 diuersa enim hominum moribus genera natura
 rum diuersis statuit preceptorum sententijs guber
 nari. alius enim imaginarium legis opus, quasi
 sub ueritatis colore depinxit; alius corpus ipsius
 ueritatis declarauit: quos enim obuslutos adhuc
 mundi caligine ad comprehendenda ea, que ger
 mana erant ac solida perpendit eis obseruan
 tię ordinem suspensio subtile quodam examine
 susurravit. quos autem deprehendere posse ab
 solutum predicationis carmen agnouit eis deus
 perfectam armoniam solide uocis intonuit. inde
 est quod figuris et enigmatibus lex perisca depin
 gitur, quoniam dum infirma iudeorum acies
 sebetatur, et candidum scientię claritatis uigo
 rem inspicere lumen non habent, necesse est
 ut in uarijs figuris figurarum color adhibeat.

nam illis ^{et} diuinitum premia supposita spe pro
mittuntur, et peccatorum nostrorum inuidentur in cor
pore. Sic enim confirmantur alij, quibus alij
transferuntur in corpore.
Presens lectio exigit huiusmodi ferre sermonem
que diuersa leprarum genera deprehendenda in
diuersis materijs designauit. alia enim lepra
in parietibus demonstratur, alia humano no
tatur in corpore, alia in uasculis, alia in uer
te, alia designatur in stamine. Deinde que in
huiusmodi vulneris loco crebra ac uaria pellicu
cula deputantur, quid enim dicam? Est sunt ge
nera quod colores, alia pallida, alia terra, alia
rubicunda. Deinde si homines lepra, quod est
insitum nature vitio polluantur, quid si faciunt
qui grauioribus morbis corporum pregrauantur?
Sed age iam uideamus genera leprarum ut mede
llarum causas agnoscerere atque probare possimus.
Si fuerit inquit lepra alba uel rubicunda, siue
terra uel pallida, uel si florens ait Socrus toto
corpore deuertens: nam est detestabilis lepra
que omnino mundari non possit; et est que fa
cilem habeat mutationem. alia quoque aduen
ticia, alia innata deprehenditur, que omnia ni
si spiritualiter sentiantur rationem intelligen
tis simplicis non admittunt. nam diuina sa
pientia legis sue profundum in huius extrema
seculi regione quasi templum suo nomine con
secratum intra ciuitatis alterius menia collocauit.
cuius constructio atque opus quamuis magnificum
uideatur interior tamen aditus non omnibus

reseratur. multi enim admirantur ornamenta uitiorum
 sed interioris scientie aditus reserare non possunt. quare
 oranda est diuina dignatio, ut pulsantibus nobis in
 intelligentis pateat ingressus. iubetur igitur diuersa
 leprarum genera sacerdotibus diligenter inspicere
 atque earum habitus uel colores pleniori consideratione de
 prehendere; alioribus enim lepra refertur posse ag
 nosci: quos tamen ad peccatum magis animi quam ad
 morbum corporis manifestum est pertinere. diuer
 si etenim colores diuersas animi indicant maculas.
 cum igitur pallida lepra conspicitur languens et egria
 fides animi denotatur: cum autem rubicunda depre
 henditur mens furore atque iracundia inflamata et so
 micidij cruore respersa cognoscitur: cum uero alba tunc
 hereticorum fucata et male munda consuetudine condemnat.
 sed alia lepra in capite, alia oixi perhibetur in barba, sicut
 enim heretici, qui dum Patrem uidentur tantummodo
 blasphemare, ut manichaeus qui non solum eum falso
 rem denegat mundi, uerum etiam malorum proficitur
 esse autorem; si sunt qui lepram in capite portare ui
 dentur, caput enim inquit apostolus uici christus est,
 caput uero christi deus. quae uero lepra in barba portat
 si sunt qui blasphemare uidentur in filium. christi
 enim perfectum in aduentu pristino perfecti uiri quum
 agentem, quasi tricenarius aetatis utilitas declarauit.
 sed etsi tetracta inquit et libidafuerit, quid est aliud quam
 suorum maculis excuranda? si autem aut nigra fuit le
 pra, fumus utique idola et sacrificiorum in doribus no
 tata: si autem inquit florens lepra fuerit, et uoperuit
 omnem florem maculationis a capite usque ad pedes ui
 su sacerdotis diiudicabit; videbit enim sacerdos, et ec
 ce lepra uoperuit omnem pellem corporis, et mundabit il
 lum sacerdos a maculatione, quoniam in album muta

bitur: in hac lepra quam quasi albam et florentem
designat diuersa crimina uarie deprehendit, quia uim
mundialis uitae uoluptas quasi candida et florens exis-
timatur tam graue uitioꝝ contagium grassatur in cor-
pore: nam aut auaritię aut libidinis maculę perpa-
tescunt, sed hanc lepram uito diu posse mundari, a
uaritię enim crimine facile carere potest qui conuersus
ad dominum, ea que possederit indigentium alimonie
ministrauerit, ita ut dominus in euangelis ait; uerū
date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis.
libidinem quoque celeriter mundare poterit si ieiunijs
frequentissimis et abstinentia corpus retinuerit. sed
his omnibus medellam per sacerdotem dominus præci-
pit ad Sibi: dicit enim esse lepram que sacrificioꝝ
oblacionibus emundetur, aliam uero quam aquę faci-
lius abluant nec non et que extra castra posita mu-
datur. esse quoque lepram ad se sit que mundari omnino
non possit.

Scilicet igitur secundum figuram grauiorū peccatorū
crimina congregantur, alia sunt que ante baptismū
uidentur esse commissa, que tamen per gratiam bap-
tismi diluuntur: alia uero que post lotionem bap-
tismatis perpetrantur, que si legrauiora siue minora
peccata sint ^{uisus} tamen sacerdotis emundat, quod
cum enim modicum delictum fuerit potest a sacer-
dote omnino relaxari, que autem grauiora sunt disciplina
debent eademque regulę et oratione purgari: que uero
insanabilia sunt deo iudici reseruantur. Unde est
quod in hoc loco ait unūquęque secundum quod habet pro-
pria curationem sacrificium offerre debere id est u-
nusquisque secundum quod se deliquisse agnoscat siue
per carnalem concupiscentiam, seu per idolatriam
seu per iuriam seu mendacium, quasi leprę seruitijs intel-
ligit maculatum prout potuerit deo sacrificare

non desistat. ~. Sed dicit genus esse lepre quod om-
nino mundari non possit, et ides huiusmodi homo
extra castra iubetur expelli, hoc est sane crimen quod
admittitur in spiritum sanctum, blasphemie scilicet sicut
ipse dominus in euangelis ait qui peccauerit in spi-
ritum sanctum non remittetur ei neq[ue] in hoc seculo neq[ue]
in futuro.

Adiecit etiam scriptura diuina lepram esse in uasculis
lepram in parietibus, lepram in uestibus lepram in
stamine. quomodo in his rebus lepra esse possit pe-
nitus ignoro, quia quia uita carent etiam sensu carere
necesse est? sed ego arbitror cum in parietibus domus
lepra esse referatur hereticorum perfidiam notari: quid
enim non polluitur ubi adulterine doctrine blasphemie
predicatur? ides hanc lepram sacerdos iubetur
a parietibus emundare, ut catholice ueritatis doctrina
maculosa hereticorum uerba depellat.

Cum autem lepra in uasculis dicitur esse propria cor-
poris delicta monstrantur. vasa autem hominum cor-
poribus comparat apostolus Sabentes (inquit) et se
saurum hunc in uasis fictilibus.

In stamine autem lepra quomodo esse possit? nisi
quia stamine anima hominis fidelis designatur,
que cum tentationibus ut fusum filorum tenuitate tor-
quetur firmiter uirtutis soliditate constringitur.
Stat ergo anima ut densissimum stamen erecta, cor-
poris uero sensus ut trama stamini subiacebit, et
ides etiam in trama lepram esse designat, quia alia
corporis alia anime peccata significat.

sed quid pro mundatione lepram? aut duo agni anni-
culi aut tortula olei, aut due galline iubentur
offerri. in duobus ergo agnis duo christi signifi-
cantur aduentus, in quibus credere oportet, ut e-
mundari a lepra peccatorum prius mereamur: unum

 in diatribes dulcis te proteruis fructus laboris insequit, et inno
 rem liceratum, radicem amaritudinem pomorum suauitas //
 compensabit, et dices q; dulcia fauibus meis elliquia tua, sup mel
 oris meo, spontumq; tibi audiet conuenientem, mel distillant labia
 tua sors mea sparsa; quid enim suauius disciplina, quid eruditione
 melius? quid dulcius domino? gustate et uidece qm suauis e dng
 unde et samson, qui abegerat a fructibus suis aces, et uulpes que
 exterminant uineas colligauerat, lenemq; interfecerat rugie
 tem, fauicem inuenit

§ Vigessima sexta mansio

¶ *Alasmona* / Et profeti de Meticha castramentati sunt in Alasmona. viges
 sima sexta mansio in lingua nra festinatio sonat, iuxta illud
 quod in psalms scribitur uenient legati ex egypto pro legatis in
 Sebieq; festinantes legimus, ut post q; dulces fructus laboris meo
 suerimus no timus quere contenti et ocis, sed rursus ad ulterio
 ra operantes obliuiscamus preteritum, et in futura nos extendamq;

§ Vigess. 7. Mansio

¶ *ms serob* / Et profeti de Alasmona castramentati sunt in Alasmona. vig
 septima mansio vincula siue disciplinas sonat, ut festino gradu per
 gamus ad magistros, et eorum teramus semina, et precepta uir
 tutum, ac missa spirituum vincula pacemus q; eterna, iuxta il
 lud, quod in isaiadicit, et sabbatum uinitu sublime ad te tran
 sient, et tui erunt, post te ambulabunt, uinitu manius, et Paulus
 uinitus desuclbi, duplia sunt in spiritibus uinacula, que quan
 du

1. dñi rupit samson uult inimicos, et demeretric legitimus uin-
culum in manibz eius, et ex pertra domini dicens dirumpamus
uincula eorum, et spiciamus a nobis iugum ipsorum, et
alibi laqueus contritus est et n. l. s. Christus autem uincula
lunaria sunt, et uertuntur in amplexus, quiq; his fuerit ad-
ligatus dicit sinistra eius sub capite meo, et dextera illius com-
plectet me

§ 28. mansio

1. Et pfecti de masser de castramentati sunt in Beneiacam
viginti mansio mansio transfert in filis necessitatis, seu
stridoris si ab uno incipias numi, et paulatim addens ad sep-
timum usq; peruenies viginti mansio perficit numerus
qui sine uis filij necessitatis psalmus ipse nos doceat, afferte
domino filij dei, afferte domino filios arietum, que est tantum
cessitas, que no dentibz imponat cum diuinitis spiritus fueris eru-
ditq; et leges earum ac testimonia, uincula siq; ueritatis
entendens cum aduersarijs, ligabis eos, et uincis duces in
captiuitatem, et de hostibus quondam atq; captiuos libera de
fauis, ut repente dicas uim syon ego sterulis, et no parient
trans migrata et captiua, et istos quis enutrit, ego deserta et
solita, et ubi ubi erant? miraris isaiam eiusdem psalmi sacra-
cognosce uox dñi in uirtute, uox dñi in magnificentia, et
uox dñi confingentis cedros: ut postq; aduersarijs fegerit,
et conuaserit desertis prius gentium populos preparent ceruicij
in montibz, et sit dilectus tuus filius utriusq; in unum, in tem-
plisq; eius omnes dicent gl'am. porro quod uertimus filius stri-
doris ad illum sensum refert, q; timore supplicij, et eius loci
ubi est fletus et stridor dentium deserentes diaboli uincula
Christo domino credentium turba colla submitter.

§ 29. mansio

1. Et pfecti de Beneiacam castramentati sunt in monte gad
gad. viginti mansio mansio interpretat nuncijs siue ex-
peditis et accinctis, uel certe, quod nos melius arbitramur ca-
thaco

Thaspe. i. consilio. ^{Saud} aliter possumus magistri disapuloz
 atq; credentium est facere filios necessitatis, nisi preceptores ore
 interfecerimus. ~~Et~~ delectum in occisione omnium non pariat
 manus nra arms aut extrema auricula, de ore lesnis extrahere,
 maledictus qui fauit opus domini negligenter, et qui p. hube
 gladium suum a sanguine. Unde et dauid in matutin. (inquit)
 interficiebam omnes peccatores terrae, de nunciis autem, et accin
 tione. Hec breuiter possumus dicere, q. filijs necessitatis grandes
 ad virtutes stimulos suggeramus, cum eis nunciaremus premia
 futurorum, et accinctos inire bella ^{multa} docuerimus. horum enim
 quod quid magister fuerit in monte contulit.

§. 30 Mantis

et p. fidi de monte gadgad castramentati sunt in Iobabba, ^{als. Ietebatha,}
 trigesima mantis bonitas interpretat, ut cum perueniremus
 ad perfectum uirum in sacerdotali gradum, et in q. temple
 natiuitatis Christi, in qua et Ezechiel erat iuxta fluum Ch
 bar possumus cum dauid in trigesimo psalmo canere, in te dñe
 speraui nō confundar in q. ternum, pastor enim bonus ponit ang
 mam p. uibus suis.

§. 31. Mantis

et p. fidi de Iobabba castramentati sunt in Hebrona. 31
 mantis interpretat ^{ωαρενεωσις} parelysis) i. transitus
 siue transitus, ad sanam uenit uerus hebrus, i. nepalsetha
 siue transitus, qui dicere potest transiens in deo uisionem hanc
 magnam, de qua et psalmista canit, et non dixerunt qui preter
 ibant benedictus dominus superus, preterit enim figuratiuus mū
 di, et posterea sancti cupiunt ad meliora transire. neq; presentia
 tu contenti in gemitu uent quae tunc. Hec recordatus sum, et affedi
 in me animam meam, qm transibo in locum tabernaculi admi
 rabili usq; in domum dei multum ē si de omnibus scripturis sup ver
 bo transitus exempla uelim coniungere.

§. 32. Mantis

E.

et profecti de Hebrona castramentati sunt in Albingaber. 32
Mansio transferri in lingua uiri. siue desolatus nes hominis, quid
significatio eius graece dicit (ΕΥΛΑΚΙΣΜΟΦΟΡΟΣ χυλαχισμο
φωρος) scribitur per Hyn literam, non ut graeci et Latini per
gimel. unde in solitudine multitudo signorum nisi quis sedu
li et diligentes magistri disciplina monstrat cedentis signa in fr
mia, et obstantis facientis quae a diuersa, quae in domo magna ne
cessaria sunt, possunt signationes uiri saluum, et omnium
arborum quae, ac per hoc credentium multitudinem figurare
uence dauid inuenimus eam in campis selue, tunc usque aditu
o Pharam. Pharam decem et obo continet mansiones, quae
describitur in catalogo in superiori itinere non ponunt.

§ 33. Mansio

et profecti de Albingaber castramentati sunt in deserto Syn. hoc
est cades, quae sit uir octaua mansio nunc trigessi mater haec
dicit. sed sciendum quod prius per Samec literam scribitur interpreta
turque hodie Rubra siue Odium. Hec autem per tsade, et uen
tib in mandatum, illudque quod iungit cades nunc plerumque
simant sancta dicit sed mutata, siue translata. Legimus in ge
nessi iuxta hebraicam ueritatem ubi Iudas meretricum puas
Bamar dona transmittit, et sequester munerum in eam gabat
ubi est cades hoc est sercum? uisus Sabitus a ceteris foemina in
mutata est. in multis quoque locis hoc idem reperimus. Syn. autem
sancta interpretatur, et ΚΑΤΑ ΤΙ ΠΡΑΞΙΝ κατὰ τὴν φωνήν
est intelligendum quomodo parce dicunt ab eis quod minime
parcant, et bellum quod nequaquam bellum sit, et locus quod minime
luceat. In hac mansione mortuaria et sepelitur, et propter
aqua contradictionis moyses et Aaron offendunt domum nura
et prohibent transire Jordanem, mittiturque montijs ad edom tran
situs petit, neque impetrat, quod timet et post tunc profectus po
puli murmur, et offensam magistrorum, et uia transitus dene
gatis, mibi uidetur in maria gylia mortua, in moyses et Aaron
Legi et sacerdotibus iudaeorum finis impeditur, quod neque ipsi ad ter
ram reprimis non transcedere ualeant, neque credentem populi
de solitudine diuis mundi educere. Et nota quod post mortem pro
phetae

phie. et aquas unceraditionis idumeam carnem atq; terrenam
transire non possunt. Cum multis precibus et orationibus viam impe-
trant, sed egrediat edon aduersus est in populo multa, et in ma-
nifesti, interpretatis quoque nominis motu et offensu, et negato
transitui conuenit, ubi enim mandatum, ubi et peccatum, ubi
peccatum ubi offensa, ubi offensa ibi mors. Hec est mantio de qua
psalmista canit, cum uerbit dominus desertion cadet.

§ 34 Mansio

et Profeti de caeter castramentati sunt in monte Hor
in extrema terra edon, ascenditq; Aron sacerdos in montem
Hor iuxta preceptum domini et mortuus est ibi, anno quo egressis
nis Israel de terra egypti mense quinto primadie mensis, erat
ibi Aron centum viginti annorum quando mortuus est in monte Hor,
et audiuit Chananeus rex Arad, qui habitabat ad aus-
trum in terra Chanana, quod uenissent filij Israel, trigesima
quarta mantio est, quam plerique interpretantur lumen, neq; errare
si per Aleph litteram scriberet, alij pelem, et optinuerunt dice-
rent si esset Hyn appetitum; non nulli foramen, quod possit
accipi si Hets haberet elementum; tuon autem legat per He
magis minus intelligit, et legi potest ascendit Aron sacerdos in mi-
tis montem .i. in uerticem eius, ex quo animaduertimus non
in montem sumptu, sed in monte montis Pontificem mortuum
ut dignus huius meritis illius monstraret, mortuus autem est anno
quo nouus populus remissurus terram incraturus erat, in
extremis finibus terre idumeorum, et quod in monte sacerdotium
Cleazarus filius dereliquit, lexque est qui eam impleuerint, perdu-
cat ad summum, tamen ipsa sublimitas non est trans fluenta in
dantis, sed et in extremis terrenorum operum finibus, et plangit cum
populus triginta diebus, Aron plangit, Iesus non plangit, in lege
descendit ad inferos, in euang. ad paradysum transmigratis, au-
dit quoque Chananeus quod uenisset Israel, et in his exploratis
(ubi quondam offendisse populum mouerant) ingunt prolium
et captiuum ducunt Israel. Rursusque in eisdem pugnatu
exterior uictor uincit, uicti superant, appellatq; nomen huius Hor-
na .i. anachema, eadem dicerem huius non est figuram legentibus
ne

necessarium, quod semper Sumamus statum in suis Equilibria //
fluctuat. et alius in Valle, alius in campis, alius in montibus inno-
te, nec morae simpliciter sed in montis monte, i. in exaltatione
tice, cumque nos dei auxilio destitutos hostis inuaserit, duxerit
captiuos non desperemus salutem, sed iterum armemur ad
prolium, potest fieri ut uincamus ubi uultuimus, et in eodem
loco triumphemus, ubi fuimus antea captiui.

§ 35. F36. mansio

et profecti de monte Hor castramentati sunt in Selmana. I. Selmana
profecti de Selmana uenerunt in Phunon. Itaque duae mansiones //
nisi 35 et 36 in ordine Historiarum non inueniuntur sed scriptura
est prout egressi sunt de monte Hor per uiam maris Rubri, et
circumierunt terram edon, ex quo ostendit in scriptura, quod arui
tu terre Edon eas posuit, neque secundum morem legitur. et profec-
ti de monte Hor castramentati sunt in Selmana, siue in Phu-
none, sed post aditum terre Idumaeorum uenerunt ad extremum
et ait, profecti filij Israel castramentati sunt in Obol. neque dixit
profecti sunt de illis, et illis locis, quod duas mansiones silentio pro-
mitterat, quas cum in supputatione tacuerit, redit in summa
Prima mansio Selmana interpretatur imaginucla, secunda
Phunon diminutue os ab ore, ergo non ab osse intellige, in
his Aaron mortuus murmurant contra deum, et Moyses, manna
fastidiunt, a serpentibus uulnerant, et in typum saluatoris qui
uerum antiquumque serpencem in patibulo crucis triumphauit
diaboli uenena superant. Unde et imaginucla uere expressit
imaginis filij dei, passus nemini intuenti conseruat, et quod
esse credit ore pronuntiat, legens illud Apostoli esse credit ad
insidiam ore auge confitetur ad salutem. Simulque nota quod utraque
ipochoristicos / mansio **UWOKOPISTKWS** appellatur, quod ex parte uidemus, et ex
prophetamus, et nunc per speculum uidemus in enigmate.

§ 37. mansio

et profecti de Phunon castramentati sunt in Obol. 37 mansio
uestre in magos siue Phunon, uel secundum uerba Helui La-
genas grandes, quae cum multis plerumque fuerint absque spiramine illi

co dirumpunt, pugnaverunt magj contra moysen et Aaron
 et a muliere, hujus erat in endor et Sababat iuxta septuaginta in
 corpore spiritum phynem, iuxta hanc magnum regis israelij
 illud. multa sunt prestigia et innumerabiles laquei quibz
 animas capiunt Sumang, sed nos dicamus in dominis confiden
 tes laqueus contritus e et nos liberati sumus, Et si ambulauero
 in medijs umbris mortis non timebo mala, quia tu mecum es, cadet
 a latere nro mille, et decem milia ad exteros nris nectimebimz ab
 incursu et demonio meridiano, sed obturabimus aures nostras
 ne audiamus vocem incantantium, et hyrenarum carmina ne
 flegamus post imaginem dei, que in cordis ratione monstrat, et con
 fessionem fidei, que ore offert consurgunt serpentes, et artes ma
 leficaz ad bella nos puscant, sed nos qui habemus precia hinc
 Besaurum in uasis fidelibus, que frangi possunt, itaque que dant
 uix testa remaneret, in qua auriri possitque pudillum omni
 custodia circundemus curam.

§ 38. mansio

Et profecti de Iobab. Castramentati sunt in Ieabarim in
 finibus Moab. 38 mansio aceruus lapidum transeuntium nat
 sunt sancti lapidis, qui uolunt sup terram, laues positi et re
 tunditate sua rotarum cursibus similes; sunt et alij quos proph
 iabet uelut denia ne ambulantium in ea offendant pedes, qui sunt
 isti ambulantes? utiqz uiaiores et progredientes, qui per istud
 culum ad alias mansiones transire festinant, quod autem dicit
 in finibus Moab, et supra spiritum e in iditidine, que respicit mo
 ab conuersionis ortum, ostendit iuxta litteram, qz hinc usqz in fi
 nibz terraz edumorum fuerint, et nunc ueniant ad terminos
 Moab, de alia quonia ad aliam transeuntes, non enim semp
 uinuituti danda est opera, sed tunc spiritum est ibunt de uirtute
 in uirtutem, de alia transeundum est ad aliam, qz hinc sunt sibi
 et ita inter se nexz sunt, ut qui una caruerit omnibz careat, et
 tamen transire de alia ad aliam erum est proprie, qui solus iustitiz
 ortum considerant.

§ 39 mansio

et.

et profecti de Tebarim sicut in secundo locus apud hebræos
1) ijm castrametati sunt in Dibongad. trigessimam namque
interpretatur fortiter intellecta tentatio, pro hac in ordine huius
ritu abiter spiritum reperi, post q̄, enim castrametati sunt in Te
abarim, in finibus Moab contra artem solis legitur inde profecti sunt
et diuertunt ad torrentem Zared. de his ceteris profectis de Te
trametati sunt trans Arnon, que est in solitudine finium Amorrhæ
et q̄, Arnon in terminis sic Moabitarum, et Amorrhæorum, et
post hęc uenerunt ad puteum, ubi cecinit israel carmentise, ascē
de puteo quem foderunt principes, et aperuerunt duces populi
in dario legum, et in balibus eius, et desolitudine in Marthana
et de Marthana ad torrentes dei, et de torrentibus dei ad excelsa, et
de excelsis ad uallem, que est in regione Moab in uertice Phasga que
prospicit contra desertum. hec loca in finibus Amorrhæorum quidam
interpretantes putant non manitiones esse, sed transitus, nec per iudi
cari debere ceteris locis manitionem extraordinaria expositio
alij autem spiritualibus spiritualia comparantes in hunc regionem sy
nificare, sed per locorum nomina uirtutum profectus esse, q̄, post ma
gō et congregationem lapidum frequenter ueniamus ad torrentem
Zared, quod interpretatur aliena descentio, et in descentione po
siti transeamus ad Arnon, quod maledictionem sonat, que est post
ea in finibus Amorrhæorum, qui uel amari hostes sunt, uel multa lo
quuntur inflati. Si autem transierimus terminus Moab, qui de
incestu generatus ē, et recessit a uero patre, statim nobis occurrit pu
teus, quem nemo de plebe fudit, nullus ignobilis, sed principes et
duces qui iura dant populis, et canentes carmen in aqua putei, et
in diu muneribus gratulantes prophetant, q̄, transituri sunt et ad
que peruenturi. Hęc q̄, de deserto ueniant in Marthana, quod
interpretatur donum, et Marthana in Naaniel q̄, dicitur ad turren
tes dei, et de Naaniel ad Bamoth, que interpretatur excelsa, siue
adueniens moas quando conformes effumit mortis Christi, et de Ba
moth occurrunt uisualibus Summitatis, que tamen posita ē in uer
tice montis Phasga, que interpretatur solatio, qui nihil habet infra
me et rude, sed artificis sui pedibus manu, qui moas respiciat solutio
que Sebrauce dicitur in Sinton, quando enim fuerimus in uirtutum
culmine constituti, tunc totius mundi ruinas, et omnium peccatorum
respuimus uastitatem, s̄, pene oblitus sumus currenre oratione dice
re

re quare Dibongad interpretatur intellectus certatus post Dibongad //
gerit bellum contra Iesum regem Amorreorum, et de regem dicitur
et dicitur quod cum venerimus ad summum, et de fonte principum re
gumq. biberimus ascenderet ad montem Thasga non debeamus
ellevari in superbiam, sed propositam nobis contrariis solitudinem
noverimus, ante contritionem enim ellevat unumq. et ante gloria
Summitat.

§ 40 Mansio

Profeti de Dibongad castrametati sunt in Almon de blata. E. Hermon de
Bairn
ie Ana, quadragessimamantis vertit in contemptum plagarum
sine opprobrium, et per hanc dicitur omnia dulcia, et illecebras vult
statum in seculo contemnenda, neq. inebriari debere in
mundi, in quo est luxuria, mel non offert in sacrificijs dei, et cetera
que dulcia continent non lucet in tabernaculo, sed solum purissimum
quod de olive offertur amaritudine, mel enim distillat de labijs mu
lieris meretricis, de quo putat in ista mysticus intellectus gustasse Ie
naldam, et sorte de pithensum, vix populi pro cubus liberatum, quod
autem opprobria contemnenda sunt, et si falsa obiciant beatitudine
partem salutaris plenissime docet.

§ 41 Mansio

Profeti de Almon de blata castrametati
sunt in montibus Albarim contra faciem Nabo. 41 mansio
in montes transeuntium, et est contra faciem montis Nabo
ubi morit et sepelitur Moyses, terra promissionis ante conspectu
Nabo interpretatur conclusio in qua finit lex, et non invenit
eius mem, pro gratia evangelij ab huius finit tendit in omnem
terram exiit sonitus eius, et in fines orbis terre verba ipsius, si
mulq. contidera, q. habitatus transeuntium in montibus dicitur, et
ad huc profectum indigeat, post montes enim plurimos ad campestra
mas ab Iordanis fluentia descendimus, qui interpretatur descen
sis, nihil enim ut crebro diximus tam periculosum est q. gloria
cupiditas et castantia, et animus virtutum conscia timens

§ 42 Mansio

et profeti de montibus Albarim castrametati sunt in campos
tribus

tribus Moab sup Jordanem iuxta Hierus. ibiq. fixerunt tents
ria a domo Sittim usq. ad Baltham in planicie Moab, in qz
mansione, que et extrema mansio est cursu que sint gesta nar
remus, residens in ea populus a diuino Balaam quem mercede
eduxerat Balac filius sephor dei iustis ne benedicit, et ma
ledictio mutat in laudes, audit usque domini ex ophians ore
sonantem. oriet stella ex Jacob, et consurgat ^{de} hinc Israel
et perueniat principes Moab, et uastabit unctis filis Seib, et erit
don hereditas eius, fornicat cum filiabus Madian et Phinces
filius cleazar zelatus e zelum domini, et secutum Madianiti
dem pugione transfixit, unde et accepit premium in qz mem
atimon uultimq. numerat rursum populus ut interfetus per
simis nouus populus deicenseat, intercellant quinq. filij sepha
ad, et iudicis domini Sgrediacem adpiumt inter frs suos, neq
femineus a potest. dei sexus excludit. Iesus mdy si in mentem
succedit et addit a lege que spiritaliter offerre debeat in ecclia
Primum ^{quid} per singulos dies, deinde quid Sabbatho, quid Kalen
dis, quid in Pascha, quid in Pentecoste, quid in Nymeniam
sis Septimij, quid in ieiunio eiusdem mensis die decima, quid in
scen pedia quando figunt tabernacula, decima quinta die supra
ducentis; uxorum et filiarum uita absq. auct. patrum et ui
rorum cassa memorant, bellum in Madianitas et mors diuini
Balaam, et preda diuisa, et oblatio ex ea in tabernaculo dei,
primus Ruben et gad, et dimidia tribus Manasse ultra Jorda
nem in Hgrem possessionem accipiunt, plurima enim habebat
iumenta, et nec dum ad id uenerant ut possent habitare cum
templo; docet populus ut in terra sancta idola destruat, et
nullus de piori habitare seruet, describit olim cupita pro
uincia, et duarum semis tribuum lig. id was separatim; numerat
et tribuum principes, qui terram sanctam debeant intrare; quadra
ginta duas urbes cum suburbanis usq. ad mille passus per circuitus
Leuitq. accipiunt, et numero, quos et ipse sunt mansiones et ad
dunt fugitiuorum sex alij ciuitates, tres intra Jordanem, et tres
trans Jordanem, ut sint simul quadraginta duo, qui fugitiuorum
suscipi, qui interfici debeant, et usq. ad mortem Pontificis maximi
reseruari, succedit deuteronomij secundae meditatio euange
lij

1. *lij. ubiqz breuiter dicimus quod inter Pharam et Thogel et Sa
 ba. et Asseret. et Beaaurea abieclis Iuda infelicis uictima undecim
 diebz, uia de Choreb, priam montis usqz ad cadas barne
 moyses populo sic locutus et extremum canat caritium in quo aper
 tissime synagoga pbat et cetera dominos pulat, impinguat
 est et in crastis ac delatatus et recalci trauit dilutus et obliuisc
 dei saluatoris sui. Interum gratia pessima filij in eruditi ipi ad
 emulat me que cauerunt in es qui non erat deo, irritauerunt
 me in seculis suis, et ego salare his faciam nationes. Et contra
 gentem stultam irutabes, benedicunt filij israel. Et rursus in
 sy mesne Iudas miserandus excludit, ascendit moyses ad mon
 tem Nabo, in uertice Phasga, qui e d^a Hiericho et ostendit ei dng
 omnem terram galaad usqz ad dan, et nephtalim, et ephraim
 et manasse, et uniuersam terram Iuda usqz ad mare magnum
 contra austrum et regionem campestrum. Hierichonem uicinitatis pal
 marumqz sego; quis potest tanta nosse miseria? quis in extremis
 legis, et diuisi usqz finibz constitutus intelligit sibi ee pugnanduz?
 et tunc plenam uictoriam dari si fuerit in campestribz, si in Abel:
 abisim, quod incipit lat subit spinarum flouere antiqua paccata
 et spinas, que sussecauerunt sementem uerbi dei, et de quibz ppha
 dit uersatus dum in miseria, dum mihi conspice spina, et tunc p
 paratus deficiente mamma sub duce Iasu Iordanem transeat. et ut
 uenit sub cultu euangelij pimum comedat de celesti pane. occurrat
 ei pncipes exercituum dei, ut uerum Pascha, nequaqz in egypto
 sed in finibz terre sancte comedat. O pfundum diuinarum sapie
 et scie dei, qz inscrutabilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles uia
 illius, quis sapiens et intelligit hęc? intelligens et cognosceus ea
 qz rultqz uie domini, et iusti ambulabunt in eis, pugnauerunt autz
 et uerunt in illis. ~ 11 ~*

Beati Hieronimi ad marellam quid signi-
ficet diapsalma latine. quod in fine psalms
rum scribit docens sicut origenem posui
pro semp, uel sempiternum. et de
tribus libris, quorum alterum apud
Hebræos in fine librorum
subnectit. epist^a

m.

64

Quæ acciperis reddenda sunt. cum foenore fortisq; dilatatis usu
ram parturit. de diapsalmate nram dnam f sagittas. apud
Hebræos ueritatem causati sumus, et rem libri non posse explicari
literis preteruimus, verum quid p̄est ΕΩΙΘΗΟΤΑΡΑ ep̄
tu p̄dixit ad epulas enotare. cum in eis maior tibi cupiditas si
lentis enotetur. Itaque ne te diuinius traham habet pauca pro
pluribus: quidam diapsalma in mutationem metri dixerunt eē
alij pauca in nem sp̄is sancti in nulli alterius sensus exadi
unt; sunt qui r̄b̄m distinctionem, et q̄ psalm̄ tunc temp^{or}
iuncta uoce ad organum canebant eūsdam in uoce uarieta
tis existiment silentium. Nobis nihil horum uidet cum aquila
qui uerborum hebræorum diligentissimus explicator est sel
la, hoc ē diapsalma. quod ex Samech, Lamed. He scribitur
Semp̄ transliterat, et inueniamus in psalmorum quorū fine dia
psalma positum, ut est illud in 3. dencus peccator, et inueni
tū est salus, et sup̄ populum tuum benedictus tuus. Sela. i. semp̄
et in 73. quis est iste rex glorie dñus uirtutum ipse ē rex q̄
Semp̄. et contra in psalmis multos uersuum penitus non in
ueniat: in 36 uidelicet. et septuagesimo septimo, et in 118
rursus nonnus psalmus distinguit caritatem diapsalmatis, ad
utiq; hanc quibusdam uideat diapsalma inditum silentij
non possit. ex quo animaduertimus hoc uerbum superiora
patere et inferiora committere, apud docere sempiterna esse
que defasunt, ut est illud in 3. multi dicunt anime mee, non
est salus in deo tuo semp̄. et rursus uoce mea p̄ dñm clama
uisti exaudiuit me de monte sancto tuo semp̄. et in 4. usque
pluribus ueritatem et queritis mendacium semp̄, et alibi que
quod deo

certe

quod deo

A

Quod Deus sit unus & de con-
futatione sectarum, & deorū
gentilium

Multa ad confutationem gentium & nobis fidei confirmationem e scripturis oraculis adduximus: nunc vero deos illos gentium plures e medio tollere opere pretium erit, ut unus veri dei cultum & religionem Christianam animis hominum inseramus. Deus itaque unus est, & per namque quos delusa gentilitas coluit, mortales homines fuerunt, aut demones, aut alia, vel sol, luna, stelle, aut simulacra muta argenti & aurum opera manuum hominum. Cum autem verus Deus spiritus purus sit, incorporeus, alius immistus, & prorsus ab omni materia, ipse sua ipsius natura est simplicissimus, indivisus, nec in varios distrahi aut in plures dividi potest, eo enim quo Deus est, & sic Deus individuus unus est et plures esse non potest: non enim habet sua natura sicut hominis, quo possit multos individuis communicari ut sint plures dii: neque summa illa rerum potestas dividi potest ne semel quidem quicquid enim capit divisionem imperfectam sit necesse est: si autem imperfecta potest a Deo consequens est ut virtus divina non possit in plures distrahi deos. igitur unus est non plures. quod si essent aliqua differendi ratione haberent

cauziensis
galarea lib.
instituit/et
Lactantij lib
i diuinarum

que

quæ quidem uni conueniret alijs nequaquam.
ea vero si perfectio esset cum alijs denegaretur nō
essent subinde Dij quibus aliqua perfectio deest.
Sin autem imperfectio non erit deus cuius illa est
propria. Deus enim infinite perfectus est nec ulla
habere potest imperfectionem. frustra præterea po-
nuntur plures si ad mundi gubernationem unus
per se est satis. quod si absq̄ reliquorū auxilijs
singuli quidem tantæ molis gubernaculum sustine-
re non possunt, inbecilles ut sint necesse est ac
perinde non Dij. Deus enim omnipotens, æternus &
infinite virtutis. ad hæc si plures Dij sunt aut vir-
tute & potentia pares aut impares, si pares ab-
q̄ ratione plures, si impares unus est summus
atq̄ supremus, qui proculdubio est deus. Si enim
multi sunt Dij fieri potest ut aliquid diuersum
velint, ex qua re certamen inter eos oriatur. Sicut
Homerus bellantes inter se Deos finxit cum alij
Troiam capi uellent, alij repugnarent. Sicut enim
res militaris constare non potest nisi unum habe-
at ducem (sināq̄ in uno exercitu eōs fuerint impe-
ratores quot legiones, quot cohortes, quot cunei ^{quot}
atq̄ nec instrui poterit acies uno quoq̄ periculum
recursante, nec curante, amplius quam quod ad eum
proprie pertineat, nec regi facile aut temperari q̄
suis proprijs consilijs utantur omnes, quorū diuersi-
tate plus noceant quam prosint.) sic in hæretorum
naturæ imperio nisi unus fuerit ad quem totius
summæ cura referatur uni uersa prorsus soluen-
tur & corruent. quare ut in corpore uno multa

sunt

Sunt ac varia membrorum ministeria, singulorum
sensuum officia, multi etiam affectus quibus
commoueri solemus, uel ad iram, uel ad cupidita-
tem, uel ad leuitiam, uel ad metum, uel ad misera-
tionem: et tamen in his omnibus una mens Su-
mana tantarum rerum gubernationem possidet: et
uniuersis simul inuenta est. Ita etiam totius or-
bis rector optimus unus est a quo cuncta pendere
reguntur, gubernantur. quod preclare etiam e-
gregius eorum poeta libro. 6. Aeneid.

Principio celum ac terras camposque liquentes
Lucentemque globum lunae Titaniamque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitatur molem, et magno se corpore miscet.

Ac nequis forte ignoret quisnam esset ille spiritus,
qui tantum Saberet potestatis declarauit alio loco
licens.

Deum namque ire per omnes.

terrasque tractusque maris, caelumque profundum
etc.

Quidam quoque in principio metamorphosis a deo
quem fabricatorem mundi et rerum opificem uocat,
mundum facturum instructum dum ait.

Ante mare terras et quod tegit omnia caelum

Unus erat toto naturae vultus in orbe, etc.
et paulo post.

Hanc Deus, et melior sitem natura dixit etc.

et

Et Libra primo de arte.

Flectitur iustus voce rogante Deus.

Homerus etiam tametsi fabularum inventor. 3. Ilia
dum unus Dei numen aperte confessus est.

Iupiter omnipotens rerumq; eterna potestas
Cuncta tuo qui regna patet sub numine torques.
Iouem appellauit Deum optimum maximum ab
inoffabili nomine Jehoua, quod uocem non nisi
corrupta e' sacris Hebraicis literis veteres
potissimum desumpserunt. et rursus lib. 20.

Deus aequus utrumq;
Respicit.

Horatius lib. 3. carmine. A. de Deo sic ait.
qui terram inertem est.

Imperio regit unus aequo.

Seneca in Hippolyto.

O magna parens natura Deum

Tuq; signiferi rector Olympi estq;

Idem in Hercule furiente.

Votum secundet, qui potest, nostrum Deus
Rebusq; lassis adsit.

Lucanus libro nono.

Est q; Dei sedes ubi terra et pontus et aer estq;
Iouem appellauit Deum, Homerum imitatus ut
ceteri. Statius quoq; ait.

Videt qui cuncta suorum
Nouit estq;.

Martialis in epistola.

Deus est qui non mutatur in aeo.

Plautus etiam praesentem ubiq; Deum asserit.

Est profecto Deus qui quos nos gerimus auditq; et uidet.

Sed unde tanta lucis in mentibus hominum effusio?
unde natae densissimae tenebrae? ut homines
in tanta Dei ignorantia deuenire potuerint?

Silius libro quarto deplorat.

Heu primae scelerum causae mortalibus aegris
naturam necesse Deum.

Nec quaequam mouere debet, quod deos aut diuos
poetae passim commemorant: eonamq; modo accipi-
unt illi, quo et nos cum Angelos non natura
sed per participationem Deos nominamus. unde
psalm. Deus magnus dominus et rex magnos su-
per omnes deos, et: tu dominus altissimus
super omnem terram: nimis exaltatus est super
omnes deos. et Danielis. 2. non reperietur quis
quam qui indicet somnium tuum exceptis dijs
quorum non est cum hominibus conuersatio. ita
diuus Cyprianus exponit et Lyra. tametsi interim
dij pro demonibus et idolis, quos Ethnici colebant
usurpentur: sic psalmus, omnes dij gentium demonia
dominus autem eos fecit. At Angeli neq; dij sunt
neq; deos se uocari aut coli volunt, quippe qui mi-
nistri Dei inserviunt et nil praeter iussum a eo
sunt. Deij faciunt. unde ab uno ex his, quem
Ioannes Deum existimans adorare curabat prohi-
bitus est dicens: caue ne feceris, conseruus enim tuus

sum

sum. Sic psalmus: qui fecit angelos suos spiritus
et ministros suos flammam ignis. sed pretermitta
mus Poetas qui de rebus commentitijs differetes
veritatem pluribus mendaciorum in uolueris
obscurauerunt.

§. 2
Testimonijs Philosophorum confu
tantur errores gentium de plura
litate Deorum.

Ad Philosophos ueniamus quorum grauior est au
toritas, certius iudicium, qui ueritati inuesti
gandę studuerunt. demonstrat Aristoteles in
libris de naturalis au scultatione, unum esse prin
cipium motus immobile quod a se reliqua moueat
ipsum uero ab alijs non moueatur. fatetur. lib.
i. de celo hoc idem principium tribuisse ceteris esse
uiuere, et moueri, quinimo et Angelos sibi mi
nistros effecisse et supra celos collocasse, ut illi
beatam ac sempiternam vitam ducerent. apertij
in libris metaphisicis repetit unam rerum omnium
causam immobilem, immortalem, perpetuam, in
corpoream, infinitam. Plato qui omnium sapientis
simus. Sabetur, in pluribus dialogis, cum pre
sertim in Tymeo, et in apologia Socratis idip
sum perspicue docuerat, ubi monarchiam pla
ne aperte defendit et primum principium de
um nominat, ab eo mundum hunc perfectum
atq; mirabilem esse fabricatum, eiusq; prou
dentia gubernari: cuius vim maiestatemq; tantam
esse dicit, ut eam neq; mente concipere neq; uer
bis enarrare quis quam posset, obnubilum eius

et inestimabilem potestatem. Socrates utriusque
 preceptor. Sane veritatem eos docuit, atq; pro uni-
 us Dei religione tuenda vitam dedit. Pythagoras
 ita definiuit quid Deus esset: animus qui per
 vniuersas mundi partes omnemq; naturam com-
 means atq; diffusus, ex quo omnia que nascuntur
 animalia vitam capiunt. cuius sectator extitit
 Plato. Anaxagoras (quem Ouidius libenter sequitur)
 infinitam mentem esse dixit. Mercurius triume-
 gistus primus omnium philosophantium libe-
 rius veritatem confessus est. nam ut uerbis utitur
 Lactantij: Sic scripsit libros et quidem multos
 ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes, in
 quibus maiestatem summi ac singularis Dei as-
 serit, iisdemq; nominibus appellat quibus nos
 Deum et Patrem. ac nequis nomen eius requirat
 sine nomine esse dixit, eo quod nominis propri-
 etate non eget, sed ipsam sibi unitatem. ipsius
 hec uerba: Deus unus est, unus autem nomine
 non eget, est enim qui est sine nomine. Deo igitur
 proprium nomen non est, quia solus est
 nec opus est proprio uocabulo nisi cum discrimen
 exigit multitudo, ut unamquamq; personam sua
 uita et appellatione designet. Deo autem quia
 semper unus est, nomen est Deus. Hoc secutus atq;
 imitatus est Cicero, qui non modo in libris quos de
 legibus scripsit Deum frequenter confitetur, unum ac
 supremum uocat: sed ab eo regi mundum efficaci
 ratione concludit, cum disputat de natura Deorum.
 nichil est ait prestantius Deo, ab eo igitur mundum

regi necesse est: nulli igitur est naturae obediens aut
subiectus Deus: omnem ergo regit ipse naturam. quid
autem sit Deus alibi ita definit: nec vero Deus ipse
qui intelligitur a nobis alio modo intelligi potest
nisi mens soluta quaedam et libera, et segregata
ab omni concretione mortalium, omnia sentiens et
omnia mouens. Cato Romanorum prudentissimus
id ipsum initio moralis doctrinae fatetur, Deum esse
animum pura mente colendum. Marcus Varro in
libris rerum diuinarum ad Caesarem eisdem consentit
et cum Sybillis omnibus quae Sythoriam refert,
vnum Deum summum ac maximum confitetur
et praedicat, gentium vero Deos irridenda simu-
lacia. Seneca insuper vnum et summum Deum
merita laude prosequitur. nam cum de imma-
tura morte ad quendam disserteret: non intelligis
(inquit) auctoritatem ac maiestatem iudicis tui
rectoris orbis terrarum, caeli quoque et Deorum omnium
Dei, a quo ista numina quae singula adoramus et
colimus suspensa sunt? et alibi: cum primum
fundamenta molis Deus pulcherrime iaceret, et
hoc ordiretur, quo neque maius quicquam mouit na-
tura nec melius ut omnia sub duobus suis irent
quamuis ipse per totum se corpus intenderat, tamen
ministros regni sui Deos genuit. Ex quibus liquet
summo ingenio viros vnius Dei attingisse veritatem
esperosque cognouisse bonos Angelos illius esse mi-
nistros ac satellites eidem assistentes ut in serui-
ant, malos vero demonia quae homines deipe-
rent, ut se mortalium simulacra tanquam im-

sicut fucata

mortales Deos venerarentur, ~~ratifidat~~ pravis
 opinionibus consuetudini exterius conniuentes, in po-
 pulares errores et sacrificia quasi ducerentur inui-
 ti. Possent hęc omnia ceteris Propetay testim-
 nijs comprobari. Sed cum causam agamus non sis
 qui ab scopo veritatis errantes falsis ducuntur opinio-
 nibus nullum debuit, nec ad eos potuit probationis
 genus efficacius adhiberi, quam ut suorum oraculorum
 poetarum, et sapientum testimonijs reuerentiamus. Sine
 constat, illos, quos imperiti et insipientes tanquam
 Deos nuncupantes adorabant, ut Iovem, Neptunum,
 Plutonium, Bacchum, Apollinem, Herculem, uem uti
 usque sexus ceteris, homines fuisse. nec fuit quisquam
 tan inconsideratus unquam qui non intelligeret
 fuisse mortales: sed quia reges maximi, ac poten-
 tissimi fuerunt, ob potentiam, tyrannidem, repetitas
 artes, munera presertim sui similibus collata in me-
 moriam sunt consecrati: ut ab indocta inepta que
 plebe primum pro dijs haberentur colebantur que.
 Deinde conniuentibus reliquis et dissimulantibus
 quasi in deorum numen et locum recepti sunt. plebs
 enim vulgi pompis et paribus gaudet, animis que
 puerilibus spectat omnia, oblectatur frivolis, et
 specie simulacrorum capitur, nec ponderare secum
 unamquamque rem potest, ut intelligat nihil colen-
 dum esse quod diuinitatis nil habeat, et supra
 homines non sit. rem nouerant docti et pruden-
 tes ueraci, intellexerant religionum vanitatem.
 Et tamen nescio quo timore aut prauitate in co-
 lendis hominibus flagitiosis et nebulonibus per-
 stabant. quinimo in populi perniciem sua illa
 fallaci dissimulatione reliquos patebant errare

Et in barathrum perditionis detruj. Unde Cicero
in libris de natura Deorum cum intellexisset fal
sacesse, quos Somites adorabant, multaq; dixisset
quos ad eversionem religionum fallaciorq; Deos
valeret: ait tamen non esse illa vulgo dispu
tanda ne susceptas publice religiones disceptatio
talis extingueret. Sed videamus qui fuerint isti dij
a Saturno prognati sunt ceteri, Mars, Pallas, Mer
curius, Venus, Cupido perditorum: ipse vero ab U
rano Somine qui mortuus est in Oceano (teste
Euhemero et Mercurio trismegisto qui Uranum
Saturnum et Mercurium cognatos suos nominat)
nil ergo diuinitatis habuerunt qui ab Somini
bus generati sunt, mortales a mortalibus.
Iupiter patrem Saturnum fugauit, cum fratribus
bellum gessit, Junonem uxorem habuit, filios
filiasq; procreauit mundi regionem, quam inco
luit, stupris, libidinibus, adulterijs, et multis gra
uioribus flagitijs contaminauit. qui ergo potu
it esse Deus qui a sua libidine victus est. Et
Saturnus qui ab Soe profligatus, et reliqui
qui ab Sis ortum habuerunt: omnes mortui sunt.
testis est insula Creta, in qua multis post seculis
eorum sepulchra permanserant. Sed pudet in re
leuiuscula nimis morosum esse. scribit de Sacre
lactantius latissime in integro libro. 1. diuinarum
institutionum a quo libenter multa mutuavi
mus. Non omitam tamen quin Plinij senioris
testimonium adducam. Is enim libro. 2. natu
ralis historiq; ad hunc modum de Dijs gentium
loquitur. Effigiem Deij formamq; querere et

imbecillitatis Humanae reor. quisquis est Deus
 & quacumque in parte totus est sensus, totus est
 visus, totus auditus, totus animus, totus animus, totus
 sui. innumeris quidem Deos credere, atque etiam
 ex virtutibus vitisq; hominum, ut pudicitiam,
 concordiam, mentem, spem, sanam, clementi-
 am, fidem aut (ut Democrito placuit) duos om-
 nino ^{poenam} ~~et~~ beneficium, maiorem ad recordi-
 am accedit. fragilis et laboriosa mortalitas
 in partes ista digessit, infirmitatis suae memores
 ut portionibus quisque coteret quod maxime indi-
 geret. itaque nomina alia alijs genibus, et nu-
 mina in eisdem innumerabilia reperimus, in-
 feris quoque in genera descriptis, morbisque et mul-
 tis etiam pestibus, dum esse placatos trepido me-
 tu cupimus. ideoque etiam publice febris farum
 in palatio dicatum est, orbone ad eodem laium
 Ara et male fortunae exequijs. quam obrem
 maior estitum populus, etiam quam hominum in-
 telligi potest, cum singulis quoque ex semetipsis toti-
 dem Deos faciunt. Junones, Geniosque adoptando
 sibi. Gentes vero quaedam animalia etiam aliqua
 et obscena pro dijs habent ac multa dictu magis
 pudenda, per fetidos cibos et alia similia iurantes.
 matrimonia quidem inter Deos credi, tantumque quos
 ex his neminem nasci et alios esse grandaeque
 semperque canos, alios iuvenes, atque pueros, atroci-
 lores, aligeros claudos, ovo editos, et alternis di-
 ebus viuentes morientesque pueritium prope deli-
 xamentorum est. sed super omnem impudentiam

adul

a dulteria inter ipsos fingi, mox iurgia et odia
atq; etiam furtorum esse et scelerum numina. Deus
est mortali iuuare mortalem et hęc ad eternam
gloriam via. Hęc Plinius qui tamen si non satis
intellexit quid Deus esset, tamen optime nouit
falsam esse Deorum religionem vanaq; ipsa numina,
aliarum uero gentium sectas erroresq; perquirere
hereses et apostasias confutare: non est Suius ins
tituti: praesertim cum de quolibet stulto opinanti
virum prudentem non deceat esse sollicitum. Mae
Sometus in Alcorano multis locis laudat Christum
et Mariam virginem sed a viro prauo et secle
ratissimo laus nullius ponderis est. recognouit
sub eadem schola natus Philosophus Auerroes
falsitatem Alchorani, de seruitq; Sominis deliria
et impudicitias, ac id erat quamfacillimum. de se
resibus confutandis integros libros scripsere ca
tholici. quare ab his supersedentes ad scriptura
nostrum reuertamur.

§. 3

De Prophetarum vaticinijs specta
tibus ad principia fidei christianę
et mysteria

Dissipatis gentium persuasores, suorumq; Deorum
oracula erroribus, euulsisq; ex agro dominico lo
sij et zizanijs, quę noster aduersarius supersemi
nauit: optimorum agricultarum more, verbis
euangelicis et sanctorum Prophetarum vaticinijs

quasi

quasi diuinis seminibus, serendus est ecclesie fertilis
ager, plantandus pulcherrimus Hortus, ut inde feli-
cissimus fidei ualentis fructus colligi possit. ita enim
fuit ut duplex illud officium per Hieremiam nobis
de mandatum impleuerimus. ecce dedi uerba mea
in ore tuo, ecce constitui te super gentes et regna, ut
euellas, destruas, disperdas, et dissipas: deinde
subdit et ut edifices et plantes. ergo Christiane
fidei arcana ad Iudaicam perfidiam dissipandam
Propetarum luce illustranda, ut Petrus ait, et refe-
renda sunt. Sabemus inquit firmiorem prophe-
tiam sermonem cui benedictis attendentes ta-
quam lucernae lucenti in caliginoso loco, donec di-
es elucescat et Lucifer oriatur in cordibus uestris.
non enim satis dici potest quantum lucis, quantum
q̄ ad iumentum adferant Propetarum oracula ad
Christi euangelium, eiusq̄ diuina mysteria conse-
quenda. Sine euangelistis tot afferunt ex prophe-
tis uaticinia: Sine Christus incipiens a Mose et
Propetis discipulos Emmaum proficiscentes
instruit: Sine Zacharias spiritu sancto repletus
apud Lucam cap. 1. benedicit Deo Israelis quia fe-
cerat salutem et redemptionem plebis sue, sicut
locutus est, inquit, per os sanctorum qui a seculo
sunt Propetarum eius. Videamus ergo que sunt
ista, que a Propetis prenuntiata sunt ut ea fa-
cilis intelligamus cum in nouo testamento
videamus impleta.

Hier. 1. 10.

2. Petri. 1. 19.

Luc. 24. 27.

Luc. 1. 66.

ibidem. 70.

~ messias mediator hominum. ~
Pratus erat creator hominum Deus Sumam genezi

ephe. 2. 3.
Rom. 5. 12.

eo quod primus eorum parens creationis imme-
mor beneficij, demonis suasionem preceptum obedi-
entis transgressus, traditionis maculam a sua ip-
sius origine in posteror transfudisset. unde A-
postolus ad Ephesios scribens ait: examus natu-
ra filij ire. et rursus: per unum hominem nempe
peccatum introiit in mundum et per peccatum
mors, et proinde mors in omnes pertransiit quia
omnes in eo peccauerunt. quam ob rem opus erat
mediatore qui Deum iratum nobis redderet propi-
tium: et tanta nobis iniuria per demonem illa-
ta uindicaret. Sunc autem esse messiam nobis pro-
missum ex multis locis apparet. gen. 3. 15. gen.
12. 3. galat. 3. 16. gen. 49. 10.
Luc. 1. 69.

Messias verus Deus.

In nouo testamento plura sunt testimonia, que
Christi diuinitatem contestantur. Ioan. 1. 14. ibid.
20. 27. 2. Ioan. 9. 20. Roman. 9. 5. Isa. 7. 14.
matt. 1. 23. Isa. 9. 6. galat. 4. 4. Baruc. 3. 7.
Ezech. 34. 23. Ioan. 10. 11.

Messias filius Dei.

Plura sunt uaticinia, que messiam dei filium esse
ostendunt sed afferamus precipua. psal. 109. 1.
ibidem. 3. matt. 22. 44. psal. 2. 7. Seb. 1. 9.
2. reg. 7. 17.

Messias homo.

In omnibus prophetarum uaticinijs que de Christi pas-
sione et morte et partim in arcanis literis occurrunt

osten-

ostenditur Messias homo sed potissimum Esai. 9. 6.
ibidem. 7. 14. Luc. 1. 51.

~ Messias ex Davide et Abrahamo.

Christum dominum fore ex Abrahamo et Davide
progignendum aperte constat ex promissionibus
vniq; factis. genes. 3. 15. ibidem. 26. 4. 2. reg. 7.
12. psalm. 131. 11. et Roman. 1. 3. Hebr. 2. 16.

Duo potissimum loci sunt in sacris literis e quibus
aperitissime deducitur aduentus messie tempus expre
ssum. alter genes. 49. ubi ait Jacob: non auferet
sceptrum de Buda, nec dux de femore eius donec
ueniat qui mittendus est. alter locus habetur da
nichis nono: septuaginta hebdomades abbreviate
sunt super populum tuum et super urbem sancta
tuam; ut consumatur preuaricatio, et finem acci
piat peccatum, et deleatur iniquitas, et adduca
tur iustitia sempiterna, et impleatur visio et
Propsetia et ungetur sanctus sanctorum.

genes. 49

Dan. 9. 24.

§. 4
De vtriusq; testamenti consonantia et
primum de conceptione Messie ex
virgine, et de ijs que pertinent ad
~ infantiam illius. ~

Primum omnium admiranda Messie conceptio
prefigurata fuit Patribus in veteri testamento
et a Propsetis predicta. legimus in Esai. 7. Ec
ce virgo concipiet et pariet filium: quod oracu
lum tanquam novum, mirabile et inauditum
signum datum est Regi Achaz, quod non esset

esai. 7. 14.

~~isai. 7. 14.~~

nisi

ibidem. 53. 2.

nisi foret Spiritus ex perpetua virgine nasciturus. rursus Esai. 53. erit, inquit, sicut vix gultum de terra sitienti, id est, non irrigata virili semine. ad utrumque respexit Angelus

Luc. 1. 35.

Luc. 1. qui interroganti virgini: quomodo id fieri posset cum ipsa non esset cognitura viri? ait: Spiritus sanctus superueniet in te et virtus

altissimi obumbrabit tibi: quasi diceret: fiet quidem non ex virili semine sed Dei virtute cui nichil est impossibile. prefigurata vero

ezek. 44. 2.

fuit virginis integritas sub porta templi orientalis, quam Eszechiel. cap. 44. clausam vidit, cui dictum est: Hec porta clausa erit, non

aperietur nec vir transibit per eam quia solus dominus transiturus est. ita in canticis sub fonte signato et fonte concluso.

cant. 4. 12.

et fonte concluso.

- Messias nasciturusⁱⁿ Bets le Sem.

Mich. 2. 5. matt. 2. 6. gen. 35. 19.

- Messias in templo presentandus. Malach. 3.

1. Seb. 9. 20. marc. 14. 24. Agg. 2. 8. ibidem. 10. 1. esdr. 3. 12.

- Messias Stensus ab stella, adoratus a magis. nu. 24. 17. psal. 71. 10. esai. 60. 1. ibidem. 6.

- Messias fugiturus in Egyptum. esai. 19. 1.

- Pro messia interficiuntur infantes. Hiere. 31. 15. matt. 2. 13.

~ messie reditus de egypto. Osse. 11. 2. matts.

2. 15.

~ Messias nazarenus premonstratum in sa-
son de quo dicitur. Jud. 13. 5. matts. 2. 23. esai.
11. 1.

~ De predicatione Baptiste Christi doctrina
et miraculis. esai. 4. 3. matts. 3. 3. luc. 1. 76.
malath. 3. 1. matts. 11. 10. marc. 1. 2.

~ Predicatio Christi. esai. 9. 2. matts. 4. 16.
esai. 61. 1. luc. 4. 18.

~ Christi miracula. esai. 35. 1. ibidem. 4.
matts. 15. 30. esai. 8. 18.

~ Caecitas Iudeorum et conuersio gentium.
esai. 6. 9. matts. 13. 14. act. 28. 26. Roma.
11. 8. psal. 68. 24.

~ Ingressus in Hierusalem cum triumpho.
Zach. 9. 9.

~ De traditione Christi et venditionis pre-
tio. David in psalm. 40. vaticinatus est. qui ede-
bat panem mecum magnificauit super me sup-
plantationem. et rursus psalmo. 54. si inimicus
meus maledixisset michi sustinuissem utiq; tu
autem homo vnanimis dux meus et notus meo,
qui simul mecum dulces capiebas cibos. quod diuina
oracula ostendit Christus tunc esse in se ipso per Bu-
dam impleta cum in vltima cena dicebat discipu-
lis. Ioan. 13. scio quos elegerim sed ut impleatur
scriptura: qui manducat panem meum leuabit sup

me

me calcaneum suum. ut uero Zacharię. 11. de
pretio estat uaticinium: appenderunt, inquit, mer-
cedem meam triginta argenteos, ut legimus matth.
27. ubi affertur hoc uaticinium eum residuo, quod
per typum legimus in Hieremia.

De spontanea Christi traditione ad mortem. Esa-
ie. 53. apertum est uaticinium: oblatus est, inquit,
quia ipse uoluit. Ioan. 10. Iherem. 4. 20. act.
17. 28.

Christus derelinquendus a suis. Zacha. 13. 7.
matth. 26. 31. Hierem. 32. 2.

Concilium contra Christum. psalm. 70. 10.
psalm. 2. 2. act. 4. 25. psalm. 21. 13. ibide
22. gen. 34. 25. ibidem 49. 9. 2. reg. 17.
21.

De alapis, sputo, et flagellis, et reliquis ad
passionem spectantibus. esaię. 50. psalm. 34. 15.
psalm. 72. 14. esaię. 53.

Christus cruci affigitur. Ioan. 19. 17. esai. 9. 8.
psalm. 21. 17. Zacha. 13. 6. idem. 12. 18.

De solis eclipsi.

Ab hora sexta nempe in meridiei articulo quo
Christus in crucem actus est usq. ad horam nonā
que nobis est tertia pomeridiana: sol obscuratus
est interpositione lune, ut Dionysius ait se ob-
seruasse, ac proprijs oculis conspexisse quando
eam pro tulit sententiam: aut deus nature pa-
tuitur, aut mundi machina dissoluitur: seu ut Nie

nonimus putat peripsum etiam solis deliquium.
 non enim passus est creaturam nudum suspendi
 in altum, ut tanquam malefactor ab omnibus
 conspiceretur suis propriis radijs. Luget mundus
 ob tenebras ait sol, pete quatuor, terra com-
 mouetur et tremat, saxa conuulsantur, ve-
 lum templi scinditur, matruorum monumen-
 ta desiruunt. solus homo plusquam ferreus
 non dolet, non commouetur non sentit. vati-
 cinatus autem erat Amos in hunc modum
 et erit in die illa dicit dominus: occidet sol in
 meridie et tenebrescere faciam terram in dies
 luminis.

Amos. 8. 9.

De uestium partitione Ioan. 15. 23. psal.
 21. 16.

Descendit ad inferos educitq. Patres. Zach.
 13. 11. Osee. 13. 14.

De Resurrectione Christi et residuis mys-
 terijs illius. psalm. 3. 6. psalm. 15. 10. act. 2.
 2. 20. ibidem. 13. 36. Ion. 2. 11. Iudith. 16. 3.

De ascensione in celum. psalm. 46. 6.
 psalm. 67. 19. Ephe. 4. 8. 4. reg. 2. 11. Judi-
 cum. 16. 3.

De missione spiritus sancti. Joel. 2. 28.
 act. 2. 17. id habet ecclesie traditio ex premate
 gregory.

Buda tunc incredula
 Vesana toruo spiritu

Ruc

Inclare macti crapulam
 Alumnos Christi concupat.
 Sed signis et virtutibus
 occurrit et docet Petrus
 falsa profari perfidos
 Sohele teste comprobans.

idipsum praeiit Esaias tamen paulo latenti cap.
 44. 3.

De aduentu ad iudicium. Iob. 3. 2

esai. 3. 13. psalm. 95. 13. psalm. 97. 9. da
 niel. 7. 9. psalm. 49. 3. Hiere. 25. 30.
 apocalyp. 6. 12. matt. 24. 29. Luc. 21. 29.

2. 8. 10. 11.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

10

The first part of the book is devoted to the study of the
 various kinds of plants which grow in the different
 climates of the world. The author describes the
 various kinds of plants which grow in the
 different climates of the world. The author
 describes the various kinds of plants which
 grow in the different climates of the world.
 The author describes the various kinds of
 plants which grow in the different climates
 of the world. The author describes the
 various kinds of plants which grow in the
 different climates of the world. The author
 describes the various kinds of plants which
 grow in the different climates of the world.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint handwriting, possibly a signature or name]

Deconfuta

35 De confutatione sectarum et demonstra-
tione euangelij.

De Balaam Propbeta gentium et
Sybillinis oraculis.

Postquam euangelicę doctrinę fundamenta
ieimus, superest aliena de falsitate
erroribus, ex suis ipsorum uerbis euertere
et confutare, ut ab inimicis nostris et de ma-
nibus eorum quinos odio prosequuntur ueri-
tatem eruamus, post nostre fidei bases erige-
mus fulciamusque sacris deę optimi maximo
oraculis et de eorū Propbetarum uaticinijs
per quorum ora olim Deus loqui et futura
nobis misteria reuelare dignatus est, ergo
tanta fuit euangelicę lux, tantusq; Christi re-
demptoris ueri solis iustitię splendor ut mul-
tis seculis antequam nasceretur non tantum
in Propbetarum uerum etiam ~~et~~ ^{et} Sybillarum uatu
et Sybillarum mentibus falsis, non seius
ac mundi Suius Sol priusquam oriatur splendet
et suis radios emittit ante ortum surgentis a-
urore. Sine gentium Propbeta Balaam filius
Beor lumine propbetię illustratus mercede cor-
ruptus a Balac filio Sephor Moabitarum Rege
ut male diceret Israelij ductus ad excelsa Ba-
al religionem felicitatem et uictorias illius predi-
cens numer. 23. in hunc modum uaticinatus
est. Quomodo inquit maledicam cui non male

dixit

dicat Deus? populus solus habitabit et inter
gentes non reputabitur. quis dinumerare possit
pulverem Jacob & nosse numerum strigis Isra-
el? moriatur anima mea morte iustorum & fiant
volubilia mea sicut similia. Et paulo post
deductus in verticem montis Pithagora sic iterum va-
ticitur. Ecce populus ut ligna consurgat & qua-
si leo erigetur. non accubabit donec deuoret pre-
dam, & occisorum sanguinem bibat. ac tertio in mo-
te Pithagora (ut legitur ibidem cap. 24) Christi-
natiuitatem aperte prae-dicitur his verbis:
oriatur stella ex Jacob & consurgat uirga de Is-
rael, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes
filios Seth: & erit Idumaea possessio eius, Seire-
ditas Seir cedet inimico eius, Israel uero fortiter
aget. De Jacob erit qui dominetur & perdat reliquias
ciuitatis. quae omnia de Christo Jesu Redemptore
nostro spiritualiter intelligenda sunt, qui uirtute
operum mirabilis, doctrina fidei, & sacro euangelii
uero gentium omnium idolatriam perdidit ac uas-
tauit. in cuius etiam natiuitate orta stella Magis
apparuit & in Iudgam rediit ut matth. 2. le-
gitur. Spiritu uero Dei fuisse praedicta praeterquam
quod ibidem testatur historia ipse uerum monstra-
uit euentus. Vere quidem dicitur: Tribus ab asy-
riis adidit demum Balaam in uatiuinis: ueni-
ent in terris de Italia, superabunt Aegyptios uas-
tabuntque Hebraeos & ad extremum etiam ipsi peri-
bunt. quod iam nunc nostris Sise temporibus
completum uidemus. in nostris uero euangelicis do-
ctinam confirmationem Sae plurimum fieri uidetur

cum non solum Balaam uerum et Magi et plures
 gentium Philosophi Suiusmodi uariisq; indubita
 te fidei argumenta dederint, quales sunt pretermi
 sis nostris, Plato in alibiade, Cicero lib. 1. de diui
 natione, Plinius lib. 6. 20. et 25. naturalis
 Historie, Philostratus in uitam Apollonij. sed pre
 ceteris apertius Calidius Platonius comment. in
 Timaeum Platonis cuius uerba in nostris fidei gratiam
 libenter subnectam. est inquit sanctior et uenerabi
 lior Historia que persibet datu stelle cuiusdam no ma
 bos mores q; denuntiata, sed de antum De uenerabi
 lis ad Summam conuersationis rerumq; mortalium gra
 tiam quam stellam cum nocturno itinere suspexisset
 Saldeoz perfecte sapientes uiri, et consideratione
 rerum caelestium satis exercitati quosijse dicuntur
 recentem ortum Dej. reperta q; illa maiestate pu
 erij uenerati esse et uota deo tanto conuenientia
 munapasse. Philo etiam Iudgos in lib. de speciali
 bus legibus et alij quot plures referre longum esset.
 Sine etiam Sybille de Christis et mirabilibus ges
 tis ab eo deque euangelij doctrina plurima ora uita
 ediderunt que nisi maiore ex parte essent amissa
 ad gentium conuersionem idoloz confutationem eua
 gelij ueritatis confirmationem plurimum profuis
 sont. ut enim Deus Iudgos per Propetas, sic gen
 tes per Sybillas sua ipsius arcanadiuina docuit. Pro
 inde Apostolus Paulus reconditis scripturis e quibus res
 timonium affert Clemens Alexandrinus lib. Stromatu
 6. ad Sybillarum lectionem exhortabatur Sis uerbis:
 libros grecos sumite et Sybillas agnoscite quomodo
 unum deum et ea que futura sunt significent et
 inuenietis in eis filium Dej perspicue et aperte

significatum. sed de Sybillis iam nunc dicendum.

De Sybillinis oraculis ^{s. 2} predicentibus euang-
gelium, et gesta Christi de quibus, numero
Sybillarum et quo spiritu prophetauerint.

Sybillae eximia probitatis, rarique virtutis ac sapientes
feminae fuerunt: uirgines, uates Deo plene futurarum
rerum diuina inspiratione praesae, quae diuersis communium
generibus futura, interque de Christo plurima praedixerunt.
Suidas ait, Sybilla uocem esse Latinam ac tantundem
significare quod Graecis, uates, seu Prophetissa. at si
graeca uox est dei consilium importat. quare Sybillae
quasi mortalibus diuinorum consiliorum denuntiatrices. et
licet quidam furore exagitatae prophetasse perhibeant
ut Homerus calantem et Aristotelis trigesima sectione
problematum, atque Aristoteles astu circa sedem mentis suam
suam commodas arbitretur. et Ambrosius commen. in. i.
epistolam ad corinthios, malo et impuro spiritu atrop-
tas fuisse asserat: sed intelligendum arbitror de alijs
mulierulis auguratribus, quibus falsa Sybillarum
nomina imponuntur: ut Sardica, Rhodia, Sicula
et alijs quibusdam quas refert Cicero lib. i. de diuina
tione in Scruerba: carent arte si qui conuentione
quadam animi, aut solato libero quodam futuro praes-
sentiant, quod et somniantibus sepe contingit, et
nonnunquam uaticinantibus per furorem, ut Baccis
Bedius, ut Epimenides Cret. et paulo post de He-
leno et Cassandra filijs Priami. ad eundem modum di-
cendum de Campusia Colopsonia Calchantis filia
et Mantso Thesalica filia Tiresis Thebanj. sed de
Cassandra. Vergilius 2. Aeneid.

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
ora, deus iussu non nunquam credita Teucris.

Apollinem intelligit opinor, nam in sexto apertius
de ipsa dea Sybillam Thebi futurore actam furentem
ac debacchantem inducit.

At Thebi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur uates, magnum si pectore possit
Excussisse Deum, tanto magis ille fatigat
Os rabidum fera corda domans, fingitq; premeudo.

Deceptus plane existimauit eodem, quo fatidicus & de
monum arreptitrix, Sybillam exagitatum. Melius Cice
ro lib. 2. de diuinatione: Sybillę inquit, versus de serua
mus, quos illa furens fudisse dicitur: non esse autem
furentis ipsum poema declarat: est enim magis artis
& diligentię, quam incitationis & motus. & lib. 1.
dixerat: Sybillę Erithręę oracula Sabenda sunt, que
instinctu diuino, afflatuq; funduntur. si quis autem
uaticinandi genus Sybillarum proprius nosse cupit,
Platonem, Pomponium, & Porphyrium legat cęteros
& Academicos quorum doctrinam Petrus Crinitus lib.
Pro. de honesta disciplina cap. 1. & Iustinus mar
tir aduersus gentes in compendium redegerunt. Sed
ad rem. Sybillas deus afflatu uaticinatas sentit ex
nostriis Augustinus lib. 13. de ciuitate dei cap. 23. &
commenta. in episto. ad Roman. Hieronimus lib. 9.
contra Iouinianum. Lactantius lib. 1. diuinarum
institutionum. Iustinus martyr ibidem. 1. Eusebius
lib. 5. historię eclesiasticę & plures uetustissimi Patres.
at ipsas sua ipsarum oracula non intellexisse opinio
est ut accidit Caiphe de necessaria Christi morte pro
Sominum salute uaticinanti ut Ioannes ait cap. 11.
a semetipso inquit non dixit sed cum esset Pontifex
anni illius prophetauit. De numero autem Sybillarum

patia

patria et tempore nil certum habemus adeo va-
riant scriptores Etrusci et nostri. Martianus cape-
lla duas tantum fuisse putat. Plinius trium statu-
as tantum numerat iuxta rostra positas, unam
quam Pacuvius Taurus adis plebis instituit.
duas: quas Marcus Messala. Solinus eas nominat
Cumanam, Delsicam, et Etruscam Eriphilem.
Helianus in uaria historia quatuor censet, alij plu-
res, nonnulli ut ex pluribus Herculis uel Iouis
unum fecerant ueteres: ita ex pluribus Sybillis u-
nam instruere conati sunt iuniores. fuerunt ergo
numero decem ex sententia Varonis in libris
rerum diuinarum ad Cesarem ubi copiose de Sybillis
differuit cuius sententiam probant Hieronimus et
Lactantius ubi supra. Cumæa, Cumana, Persica,
Hellespontica, Libica, Samia, Delsica, Phrygia,
Tiburina, et Etrusca. sed iam nunc de singulis
et earum oraculis dicendum est.

De Cumæa Sybilla et illius oraculis. §. 3

Sybilla Cumæa à Cumis Campanis urbe in qua ua-
ricinata est cognomen accepit: genere Gallica fuit
et Berosi historiographi filia fuisse fertur, Babo-
nenata, post tempora Cyri primi Persarum Regis
indeq in Italiam profecta. Cumis in basilica qua
Iustinus martir in admonitorio contra gentes se ui-
disse testatur, oracula edidit uersibus quidem omnis
generis perfectis, sed festinanter scribentium uitio
corrupti non coherent, quod non sine numine acci-
dit ne ab indignis intelligerentur. Suius Plato
in Hegone sub nomine diuinorum et fati dicorum
meminit. et Aristoteles in lib. de naturis mira-
culis, tametsi deceptus eam nominat Etruscam
quod illa ceteras uel uinandi spiritu excelluerit, for-
tasse ex omnibus unam faciens. et Eusebio lib.

4. de vita Constantini. & Virgilius ecloga. 4.

Ultima Cumæi venit iam carminis ætas.
 cuius opere multa in Solonini laudes detorqueat
 quæ illa de Christo nascituro prædixerat, quæ Stra-
 tonicus Cumanus episcopus & Sixtus Senensis
 græca referunt: latina uero hæc sunt.

Cum Deus ex alto regem demittet Olympo
 Tunc terra omni parens fruges mortalibus æquis
 Reddet in exhaustas frumenti, vini, oleique
 Dulcia tunc mellis diffundent pocula cæli,
 Et niueo latices erumpent lacte suaves.

Oppida plena bonis, & pinguis culta vigebunt.
 nec gladios metuet, nec bellij terra tumultus:
 Verum florebit pax terris omnibus alta.

Cumq; Lupis agni per montes gramina carpent,
 Permissi q; simul paradj pascentur & hædi.

Cum uitalis uisi degent armenta sequentes.
 carniuorumq; leo præsepia carpet, uti bos.

Cum pueris capiente somnos in nocte dracones,
 nec cadent quoniam Domini manus obreget illos.

Quæ omnia uel ex Esaiæ uaticiniis cap. ii. desumpta
 uel certe quatuor simillima illi eodem spiritu pro-
 phetata sunt. ait enim Esaias. ii. Habitabit lu-
 pus cum agno & pardus cum hædis accubabit:
 vitulus & leo & ovis simul morabuntur,
 & puer paruulus minabit eos. vitulus & uisq;
 pascentur, simul requiescent catuli eorum, &
 leo quasi bos comedet paleas. & delectabitur
 infans ab ubere super foramine aspidis & in
 cavernam regij qui ablatatus fuerit manum
 suam mittet. non nocebunt & non occident in

uniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia domini. multa alia scripsit Sybilla Cumana, quae Amianus Marcelinus scripsit à Juliano apostata imperatore apud Aetnam igni fuisse tradita, quod Christianorum dogma illis quam plurimum fauere videretur.

De Sybilla Cumana et illius oraculis. §. 4

Sybilla cumana Cumis Ionie urbe nata, Amalthea à quibusdam, ab alijs Eropsile seu Demopsile nominatur. nouem libros scripsit et ad Tarquinium priscum regem attulit, trecentis Philippis pro eis postulans, qui terribus magnitudine pretij detulit mulieris insaniam: quorum eo tres combusit, et pro sex reliquis totidem postulauit. Rex magis in sanire iudicans cum illa rursus tribus alijs exustis idem pretium exegisset pro reliquis, attentiore animo factus donauit. Libri à Romanis summo in honore et ueneratione semper fuerunt, cuius rei testis est Satyrus inquitens.

Credite me vobis folium recitare Sybillae.

Hos ergo consulabant, priusquam bellum aggredirentur, et magnam illis fidem ^{de} ferebant. ita Gellius libro primo noct. Attic. cap. 19. obiit in Sicilia ubi sepulchrum eius spectari Soling ait. Quod huius vaticinium de incarnatione filij dei et de eius sanctissimo nomine in hunc modum.

Tunc ad mortales uenit mortalibus ipsis
In terris similis natus patris omnipotentis
Corpore uestitus. Vocales quatuor autem
Fert, non uocalesque duas binum genitorum.

Sed quæ sit numeri totius summa, docubo
 Namq; octo monades, totidem decadas sup ista,
 Atq; hecatontadas octo, in fidei signi ficabit
 Hominibus nomen: tu uero mente tenebo.

Ad quorū intelligentiam obseruare deat in nomine
 grecis sex esse literas: et quoniam greci per ele-
 menta nominabant: ~~ducentum~~ valet Decem. H. octo.
 S. ducentum. O. septuaginta. V. quatuorcentum. S.
 iterum ducentum: Summa: octo centum octoginta octo.
 Et in eo sunt duo. ss. consonantes, quo elemento no-
 mina duorū geniorum seu angelorū Sat Saelij bonij
 ut et Srici credebant, et salsan malij iniciantur.
 quam interpretationem dedit Beda lib. cōm. in luc.
 cap. 2. quadrat numerus octo ternus: nam idem
 nomen. i. Hsovs. octauo imponitur die quo puer cir-
 cūcisus est: octauo resurrexit nempe post sabbatū
 quo quieuit: octauo tempore post sex states et septi-
 mam animarum quæ in alia uita geritur resurgens.

De Sybilla Persica et oraculis illius.

Sybilla Persica ex Persis fuit, ut refert Lactantius
 ex Nicanore, qui res Alexandri magni scripsit,
 genere Sebrega, Noe, quæ urbs est prope mare ru-
 brum nata, Patre Berodo non Sirdriograpdo, ma-
 tre Trimantia. Hæc tanquam ceteris Sybillis anti-
 quior numeratur a Lactantio prima, tamen quo
 temporum uixerit non satis constat. uiginti qua-
 tuor libros scripsit oraculorū e quibus desumptū
 extat, de præcursoris prædicatione et baptismo
 Suius modi uaticinium.

Tunc quoq; vox quædam ueniet per deserta locorū

Nuntia, mortales miserorū que clamet ad omnes,
ut rectos faciant calles, animosq̄ repurgent
A vitijs, et aquis sustentent corpora mundis.

Simile proorsus uaticinium cum eo quod Sabet
Esaias cap. 40. et refertur ab euangelistis: uox
clamantis in deserto rectas facite in solitudine semi-
tas dei nostri. Ioannes etiam predicauit baptismū
penitentis et accedentes baptizauit in Iordane.

De Sybilla Hellepontica et suis oraculis.

Sybilla Hellepontica in agro Troiano nata, uico
Marmessia prope oppidum Gergitium quamuis no-
minum variatione uicū appellat Marmessum et
oppidum Gergitium Sallustius lib. 1. cap. 6. Hee
temporibus Cyri primi Persarum regis fuit, ut Salla-
stius ait ex Heraclide Pontico. extat Suius modj
uaticinium de doctrina Christi.

Ille Dei legem complebit, non uisabit

Per similem formam referens et uerba dolebit.

Ita dominus de se dicebat: non ueni soluere legem
sed adimplere. et Paulus: In similitudinem Sa-
minum factus, et Sabinu inuentus ut homo.

De Sybilla Sibica et oraculis illius.

Sybilla Sibica, cuius recordatur E. uirgides in La-
mie prologo, ut refert Sallustius lib. 1. diuinarū
institutionum cap. 6. et Ludouicus viues commen-
in lib. 13. de ciuitate Dei cap. 23. de Christi mira-
culis, tale protulit uaticinium.

Ille quidem morbis pressos sanabit, et omnes
lesos, quosque ei fident, eque uidebunt,

Incedent claudi, surdisq; audire licebit,
 Insolitas mutis dabitur sermone loquelas:
 Expellet furias, oppressi morte resurgent.

Quam simile oraculum habet Esaias cap. 35. Deo
 Inquit ipse ueniet et saluabit nos: tunc aperien-
 tur oculus cecorum, et aures surdorum patebunt. tunc
 salies sicut cecus claudus et aperta erit lingua
 mutorum. non erit leo nec mala bestia, sed redemp-
 ti a Domino conuertentur cum letitia et gaudio,
 quod uelut Dominus Matt. 11. et addidit: mortui
 resurgent quo absolute omnes Sybillini Suius ora-
 culi partes.

De Sybilla Samia et suis oraculis

Sybilla Samia que alio nomine Pitso dicta est
 de ingressu Christi in Hierusalem cum triumpho in-
 sidientis assello uaticinata etc. Vixit tempore Aod
 iudicis secundi Israelis de quo Iudicum. 3. Suius
 mentionem in annalibus Samiorum repertam esse
 Eratosthenes testatur, uaticinium est Suius modj:

Salue casta Sion, permultaq; pabba puella
 Ipse tibi incenso rex, en tuus intrat assello
 Erga omnes mitis, iuga quotibj, quo iuga demat
 Intoleranda tibi, que fors ceruice subacta.

Occinit Esaias cap. 62. et Zach. 9. nolitimere, sed
 exulta satis filia Sion. ecce Rex tuus uenit tibi ma-
 suetus sedens super asinam et pullum filium sub
 iugatis, et dis perdet quadrigam ex Ebraim, et
 equum ex Hierusalem: et loquetur pacem cum om-
 nibus gentibus.

℞

De Sybilla Delpica & oraculis eius. §. 9

Sybilla delpica nomine Autemis seu Themis
Delpis Bectie in Græcia nata, ante Troianum
bellum, cuius vaticinij plura carmina Homerus
suo inseruit operi, ut Chrysippus autor est libro
de diuinatione, Varro & Lactantius locis adductis.
Diodorus Dapnem Tiresis filiam fuisse refert, quæ
Argiui cum Thebas viissent Delpos misere, ibiq;
Dei oracula consulentibus edidit: idcirco Sybilla
est appellata. Vixit sub tempore Gedeonis ducis
Israelis, de quo mentio est Iudium. 6. 7. & 8. &
Christi passione tale oraculum edidit.

Impinget illi edapros & sputa secleris
Israel labijs, neq; non & fellis amari
Apponet escam, potumq; immittis aceti.

Simile est uaticinium illud Hieremij. 50. non a
ueri faciem meam a consequentibus me. & illud psal
mj. 68. dederunt in escam meam fel, & in siti
mea potauerunt me aceto. quæ omnia in Christi
passione completa sunt. §. 10

De Sybilla Phrigia & oraculis illius.

Sybilla Phrigia Ancyre floruit, ibiq; uaticinata
est. uixit tempore Saule iudicis Israelis, de quo me
tio est. iudium. 10. inter alia uero quæ protulit ora
cula, unum est de Christi morte.

Sundetur templi uelum, mediumq; diei
nox tenebrosa tribus premet admirabilis horis,
& triidui somno peraget mortalia fata.

Quod ita impletum referunt euangeliste: & uelut

templi scissum est medium à summo usq; ad deorsū.
 ab hora autem sexta usq; ad horam nonam tenebrę
 factę sunt super uniuersam terram. De triduo mor-
 tis eius est apud Matt. 12. eiusdem redempto-
 ris uaticinium: sicut Jonas fuit in uentre ceti tribus
 diebus ac ^{noctibus} noctibus: sic erit et filius hominis in cor-
 de terrę tribus diebus ac noctibus. sic illud soluite
 templum hoc (et loquebatur de corpore suo) et
 in tribus diebus excitabo illud. sic Iudęi retule-
 runt eadem uaticinia quamuis in aduersam partē
 retorquentes, dum Pilato presidi dicebant: sed ultra
 ille dixit adhuc uiuens: post tres dies resurgam.

De Sybilla Tiburtina et suis oraculis.

Sybilla Tiburtina alio nomine Albunea, Tibur-
 ti Italę urbis uaticinia protulit quam Tiburtini
 ut Deam colere iuxta ripam fluij Aricenis
 in cuius gurgite simulacrum illius repperitur
 fuerat tenens in manu librum in quo de Christi
 resurrectione, et in cęlum ascensione huiusmodi
 oraculum erat.

Sed postquam triduo lucem repetiuerit, atq;
 monstrauit somnum mortalib; atq; docendo
 cuncta illustrauit, cęlestia tecta subibit
 nubibus inuectus.

Vaticinium Zacharię Propetę de Christi resur-
 rectione sic habet: uisitabit nos post duos dies
 et die tertia uiuificabit nos. quod predixit in
 se implendum Christus dicens post tres dies re-
 surgam. ita quoq; Marc. ultimo: Dominus Iesus
 postquam locutus est discipulis assumptus est in
 cęlum et sedet à dextris Deę. Iuras uero actuum

1. ubi dixit in montibus discipulis eleuatus
est et nubes suscepit eum ab oculis eorum. De hac E
uthropius et Orosius lib. 6. cap. 18. Innocentius
Papa sermone de natiuitate Domini. Abulensis
in Euseb. Chroni. Bas. manuanq lib. 3. parthenie.
referunt, quod cum Augustus Cesar qui orbis impe
ria geriebatur, se quasi Deum ac dominum à populo
adorari uellet, quo tempore Christus natus est, hęc
Tiburina Sybilla Romam uenit et mirabilem illi
in celo uisionem mulieris in sinu puerum habentis
cum summo glorię splendore quem solum Deum
ac orbis dominum esse qui adorari ab omnibus
deberet ostendit, proindeq ab incepta insania desis
seret. atq in eo loco ubi uisio comparuit templi
Sodie Romę conspicitur Ara cęli nuncupatum, sub
Diui Iulianis religione positum. // . // . //

§ 12
De Sybilla Eritrea et de auctoritate
suoꝝ oraculoꝝ.

Sybilla Eritrea ex Eritrea Ionię urbe in Gre
cia fuit, quam Apollodorus Eritreus ciuem suã
esse recognosuit. de grecis Num petiteris uaticina
tam esse ait, Troiam ab eis deuastandam, et Ho
merum multa mentiturum. clariuit tempore delo
re prophetissę et Barac ducis Israelis de quibus
iudicium. 4. / consilio. C. Cuxionis consulis. P. Gabi
nius. M. Octacilius. L. Valerius à senatu Romano
rum missi sunt Eritream, ut Suius Sybillę car
mina conquirerent et in urbem deportarent. itaq
à priuatis descriptos circa mille uersus reportaue
runt. hęc ex Fenestella auctore diligentissimo.
Constantinus etiam magnus imperator ut Euse
bius refert in uita Constantini, reuocauit Suius

Sybillę oraculum præclarissimum de aduentu secun-
do Christi ad iudicium acrostichis carminibus ita
coniunctum, ut in literis versuum initialium grę-
co idiomate hæc uerba legantur.

Jesus Christus deus filius saluator.

Et addit ipse Constantius in sua oratione Marcum
Ciceronem cum in hæc incidisset Sybillina acrosticha
per motum poematis artificio id ipsum latinis a-
uribus donasse et inter suas lucubraciones an-
numerasse. meminit ergo Suius Criticus Cicero
lib. 1. de diuinatione, cuius oracula inquit Sabęda
sunt que instinctu diuino afflatuq; funduntur.
et lib. 2. genus carminum Suius Sybillę ex-
plicans ait. Acrostichon dicitur cum deinceps ex
primis uersuum literis aliquid connectitur ut in
Sybillinis ex primo uersu cuiuscumq; sententię pri-
mis literis illius sententię carmen omne præterit.
Beatus Clemens papa in epistola ad Corinthios Su-
ius Sybillę meminit. Et Augustinus. 18. de ueritate
Dei cap. 23. affirmat eadem Acrosticha in Gręco
Suius Sybillę codice legisse cuius copiam fecerat
Flauianus Africae Proconsul, sunt autem Latina
Hęc nam gręca libenter omisimus, ad Sybillę
codicem Deo Sidonio Celsorem remittimus.

Jesus Christus Deus filius saluator. §. 13

Iudicij insignum, tellus sudore madesat,
Et rex eternus, summo descendet Olimpo
Scilicet ut carnem, mundumq; iudicet omnem
Unde Deum fidj diffidentesq; uidebunt
Summum cum sanctis in seclj fine sedentem
Corporeum, animas hominum quo iudicet olim.

Ho

Horrebit totis cum densis vepribus orbis.
Reijcient simulacra vixi galeasq; repostas
Excuretq; ignis terras, cesumq; salumq;
Incendetq; foris angustis carceris Orbi,
Sanctorumq; omnis ^{stans} caro libera. Lucem
Tunc repetet, semper cruciabit flamma scelestos.
Utq; quis occulte peccauerit omnia dicet,
Sub lucemq; Deus reserabit tempora clausa.
Dentes stridebunt, crebrescent undiq; luctus,
Et lux deficiet, solemq; nitentia q; astra
Inuoluent tenebrę, tum lunę splendor obibit.
Fossas attollet, iuga deprimet ardua, montes
Impedietq; nihil mortalibus amplius alium.
Longa carina fretum non scindet, motibus arua
Ipsa aequabuntur: nam fulmine torrida tellus
Vnaq; et sicci fontes, et flumina siabunt
Sydereisq; sono tristi tuba clanget ab oris.
Stultorum faunus merens, mundi q; labores
Et chaos ostendet, et tartara terra dehiscens,
Regesq; ad solium sistentur numinis omnes
Undaq; de celo fluit ignea sulfure misto,
Atq; omnes homines, signum præsignendabit.
Tempore eo lignum, corruptibile fidei
Oppositus mundo cassus, sed uita piorum
Despergendo lauans duodeno fontenecatos.

Post hæc carmina duo alia fuisse his annexa ait Augustinus Lugubin. lib. 1. de peren. philosph. cap. 22. in quibus sententię compendium erat in illis carminibus Christum Verum Deum et hominem saluatorem contineri. Longum esset recensere ex Prophetis et euangelicis eadem, quę hoc loco Sybilla protulit de Christi aduentu ad iudicium,

Et de eodem iudicij die. feruntur alia plura Sybillae huius oracula, sed haec magis ad rem facere videantur. Huius meminit Cicero libro primo, de diuinatione: et Aristoteles libro de mirabilibus naturae auscult.

§ 14

De scriptoribus Sybillarum et auctoritate
oraculorum illarum.

Communem Sybillarum narrationem plurimi sunt qui fecerunt. Cornelius Tacitus refert Caesarem Augustum in urbem aduexisse Sybillina carmina undique conquisita, prohibens ne deinceps à quoquam priuatim retinerentur. quam prohibitionem multo ante à maioribus factam refert Cicero lib. 2. de diuinatione, atque in tanta auctorum varietate se lectiores referre libuit. A. Gellius lib. 1. noctium Attic. cap. 19. P. Ciuitus lib. 20. de honesta disciplina cap. 1. Eusebius lib. 5. historiae ecclesiasticae Orosius lib. 1. Diodorus Siculus, Plinius secundus, Strabo fenestella, Marcus Varro, Martianus Capella, Suidas, Lactantius, Helianus, Vergilius, Seruius. et doctoribus sacris multi quos retulimus. et Philostrophus plures, et poetas fere omnes. Theophrastus etiam sextus Antiochiae episcopus lib. 2. ad Autolium Sybillarum uersus octoginta refert. opus etiam Graeco latine continens libros octo carminum Sybillinarum, hoc tempore è Germania prodijt quod in manus nostras non peruenit. Sudouicus Viues com. in 18. de ciuitate Dei cap. 23. Sixtus Senensis in Bibliotheca: Petrus messia quem Sonoris causa nomino, et alij quos prudens omitto. Sed quid in causa fuerit quod è pluribus Sybillarum operibus

quam

quam paucissima extant oracula, Claudius Rutilius
distichis aduersus Stiliconem Honorij imperatoris
socerum qui seditionem in generum concitaturus Syb-
yllina armina quę exstabant primum igne combussit, inuuit
sic enim ait.

Nec tantum Cretus Crassus proditor armis
ante Sybillina fata cremavit opis.

Quam uero auctoritatem Sybillarum oracula habuerint
omnibus compertum est. at quanta fides earum tes-
timonijs à Christianis adhibenda sit, non est facile defi-
nere. illud plane certum est aduersus Ethnicos in suorum
confutationem errorum valere plurimum, quamobrem la-
ctantius contra Gentes earum testimonijs libenter ubiq;
utitur. verum ad nostrę fidei dogmata confirmanda
non tantum ponderis habent. quinimo hęc idem iudi-
cium de eisdem Ethnici veteres habuerunt. scribit namq;
Cicero lib. 2. de diuinatione: Sybillam sepositam et con-
ditam habeamus, ut id quod proditum est a maioribus
iniussu Senatus ne legantur quidem libri, valeantq; ad
deponendas potius quam ad suscipiendas religiones. cum
enim ipse Christianam religionem, quam illę futurã pre-
dicebant, intelligere non possent, animad uerteretq; vanam
Deorum gentium ab illis labe factarę, procul dubio ad de-
ponendas potius has, quam ad constituendam illam esse ex-
istimauit. quare tametsi nostrę religioni unum deum co-
stituentes, multa de Christo vaticinantes plurimũ liquido
faueant, presertim aduersus Gentes, quę tantum illis
tribuunt auctoritatis. inter nos uero cum catholica
fide non constet Spiritus sancti afflatu vaticinia
edidisse, licet quasi compertum humana opinione
credamus, certa prorsus ac indubitata fidei argumen-
ta ex earum testimonijs desumere non possumus.

De alijs tum Sybillarum tum diuinorum
oraculis, quæ expriment euangelium et decon-
futatione Gentium per ea.

Sunt autem pleraque tum Sybillarum tum diuinorum ora-
cula incertis sedibus vagantia, quæ diuus Augustinus
locis adducto, et Lactantius toto opere diuinæ institu-
tionum, respersa collegerunt in hunc modum Latina.

Non potest ex viri semine et matrice Deus
formatus esse.

Græcia quid confidis in viros principes?

Ad quid dona inania mortuis dedicas?

Immolat Isobelis, quæ tibi errorem in mentem impotuit,
Ut hæc per fidias magni Dei ore relicto?

Qui solus est Deus creator, inuictus, existens,

Ipse autem firmavit figuram formæ hominumque

Ipse misuit naturam omnium generationis vite

Hominem formatum esse Dei manibus

quem etiam seduxit serpens dolose, ut ad fatum accederet
mortis, notionemque acciperet boni et mali.

Dæmones quidem sunt Iouis magni propter voluntatem
boni terrestres custodes mortalium omnium.

omnium nutritorem creatoremque, qui dulcem spiritum omnibus
Apposuit, ac principem omnium Deorum fecit:

Et cum dedit Deus fidelibus uiris honorare

Ipsum tuum cognosce Deum qui Dei filius est.

Opificem Dei, consiliarium.

§. 16

Oraculum Apollinis.

mortalis erat secundum carnem, sapiens portēti suis operibus;
Sed subiudiciis Chaldeis armis comprehensus;
clavis et cruce amarum tolerabit finem.

Sybi

SYBILLA.

Florescet autem flos purus
 Omnia uerbo agens, omnem infirmitatem curans,
 Mortuorum autem surrectis erit,
 Et claudorum cursus erit uelox, et surdus audiet,
 Cæci uidebunt et mortui loquentur.
 In paribus simul quinq³, et piscibus duobus
 Hominum millia in deserto quinq³ satiabit,
 Et reliquias tollens post fragmenta omnia
 Duodecim copiosos implebit in spem multos.
 Ventos compescet uerbo, sternet autem mare
 Insanum, pedibus pacis, fideq³ caleans.
 Fluctus perambulabit, morbos hominum resoluens,
 Viuificabit mortuos, arcebit dolores multis,
 Ex uisus autem fonte panis satietas erit uiris.
 Dicent uatem
 Insanam et mendacem. cum autem facta fuerint uniuersa,
 Tunc mei memineritis, neq³ me iam quisquam
 Mendacem dicet Deum magni Prophetam.
 Mirabilis ignominiosus, ut miserabilibus spem præbeat.
 Sed quando hæc omnia perfecta erunt, quæ dixi,
 In ipsum omnis lex soluetur.
 In manus iniquorum et infidelium postea ueniet
 Dabunt ei alapas manibus inuestis
 Et faucibus expuent salivas virulentas.
 Dabit autem in uerbera simpliciter innocens tunc dorsum
 Et colapsus accipiens tacebit nequis agnoscat
 Quod uerbum et unde uenit, ut mortuis loquatur.
 Et coronam portabit spiritam.
 In cibum autem fel, in sitim acetum dabunt
 Inhospitalitatis hæc monstrabunt mensam.
 Ipsa enim stulta Deum tuum non cognouisti
 Ludentem inter mortales cogitationes: sed et spinis

Coronasti: corona horriduma fel misuisti.
 Templi uero scindetur velum, et medio die
 Nox erit tenebrosa ingens tribus Sois.
 Mortis fatum finiet triduum sospitans
 et tunc à mortuis egressus in lucem ueniet.
 Primus resurrectionis uocatis initium ostendens
 vitam enim nobis acquisiuit morte superata.
 Tuba de celo uocem luctuosam emittet.

Cum ueniet,

Ignis erit tenebræq; immedia nocte obscura.

Opera autem Deorum humanis manib; facta exuret

Cum autem dies iste, finem fatalem acceperit et ad mortales
 Iudicium immortalis Dei uenerit,

ueniet super homines magnū iudicium et initium.

Tartareum autem Chaos ostendet terra dehiscens,

uenient autem ad tribunal Dei reges omnes.

Celum uoluens terræ latebras aperiam,

et tunc ex suscitabo mortuos fatum soluens,

et stimulum mortis, posteaq; in iudicium ducam

Iudicans piotum atq; impiotū vitam uiuorum.

Enim duxum ad credendum omne hominum genus.

Sed cum iam

mundi et mortalium uenerit iudicium quod de ipse

faciet iudicans impios simul et pios:

Tum demum impios quidem in tenebras in igne mittet.

qui autem pietatem colunt iterum uiuent in terra

Spiritus deo dante, honorem simul et uitā ipsis.

Totius enim terræ mortalium confusio tunc erit,

et ipse omnipotens eū uenerit tribunale iudicare,

uiuorum mortuosq; animas et mundum uniuersū:

Tunc deum iram non amplius placantem

sed grauantem et perdentem genus

hominum, ac totum id incendio depopulantem

urbem, quam fecit Deus eam fecit
clariorē astris, atq; Sole, Lunaq;
Tunc gaudium dabit Deus hominibus
nam & terra & arbores & innumerabilia terrę pecora
dabunt fructum verum hominibus
vini & mellis dulcissimi & candidi lactis,
Atq; tritici, quod est hominibus optimum omnium.
Piorum autem solum sancta terra omnia hæc feret,
fluentum mellis de petra atq; de fonte
& lac immortalitatis manabit omnibus iustis.
Incorruptibilis & conditor æternus in æthere habitans
Bonis bonum preferens, multo maiorem mercedem.
malis autem iram & iniustus furorem colligens.
Sed misericordiam convertimini homines, nunneq; ad iram
variā ducite Deum magnum.
Fuge sceleratas religiones, & vius deo famulare,
Ne forte iratus incorruptibilis Deus
omne genus hominum perdat, vitam & gentē improbā
Oportet genitorem deum amare qui sapiens semper est.
Deum regem & genitorem omnium
quem terra contemnit, cælumq; & mare
& latebris tartareę & demones abhorrescunt.

Sed uideamus ad tantam lucem, quam Ethnici
excusationem præterdere potuerunt. Lactantius
ait: his testimonijs Gentiles conuicti solent eo
confugere, ut dicant non esse carmina Sybillina
sed a nostris conficta atq; composita. quod pro
fecto non putabit qui Ciceronem Varionemq;
legerit aliosq; ueteres qui Criticam Sybillam
ceterasq; commemorant quarum exempla pro
ferimus. qui auctores ante obierunt quam Ethnis
Ius secundum carnem nasceretur.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint handwriting, possibly a signature or name]

[Faint handwriting, possibly a date or reference]

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

elenchus

36 *Elencus capitum euangelij secundum mattheum.*

Matthei . 1.
 genealogia Christi.
 Tres tessarae scades.
 Ioseph vult dimittere uxorem.

2.
 Magi adorant.
 Fuga in Aegyptum.
 Pueri interficiuntur.

3.
 Predicatio Joannis.
 Baptismus Christi.

4.
 Ieiunium et tentatio Christi.
 Predicatio regni caelorum.
 Vocatio quatuor Apostolorum.

5.
 Predicatio beatitudinum.
 Perfectio Apostolorum et legis.
 Non irascendum.
 non irascendum.
 Liber repudij.
 Non periuandum.
 Iniuria tollenda.
 Diligendus inimicus.

6.
 Eleemotina.
 Oratio.
 Ieiunium.
 Contemptus terrenorum.

7.
 Non iudicandum de alio.
 Petendum a deo.
 Falsi Prophetae vitandi.
 Verbum Dei audiendum.

8.
 Leprosus mundatur.
 Centurionis puer sanatur.
 Socrus Petri
 Demoniaci et male habentes.
 Scriba et adulescens sequi
 uolentes.
 Tempestas maris.
 Gerasenorum demones in
 porcos.

9.
 Paralyticus sanatur.
 Matthei vocatio.
 Conuiuium cum publicanis.
 Disputatio de ieiunio ad disci-
 pulos Ioannis.
 Filia archisynagoga suscitatur.
 Sanatur mulier a fluxu san-
 guinis.
 Duo ceci illuminantur.
 Mutus demoniacus liberatur.
 Circuibat omnes ciuitates.

10.

lectio

Electio Apostolorum et nomina.
Missio et potestas curandis.
Paupertas Apostolica.
Minatur non recipientibus.
Predicit persecutiones.
Promissio recipientibus.

.11.

Missio discipulorum Joannis
et laus.
Exprobratio Judaeorum et civitatum.
Agit gratias Patri, vocat
omnes ad se.

.12.

Discipuli colligunt spicas.
Sanatur manus arida.
Demoniaeus cecus et mutus.
Peccatum in Spiritu sancto.
Arbor bona et mala.
Pharisaei signa petunt.
Mater et fratres foris.

.13.

Parabola seminantis.
Parabola Tizaniorum.
Parabola grani Synapis.
Parabola fermenti.
Parabola Besauri absconditi.
Parabola margaritae.
Parabola sagene maris.
Nazareni scandalizantur in sapientia et cognatione Christi.

.14.
De Herode et Joanne occiso.
De quinque panibus et duobus piscibus.
Ambulat Christus supra mare.
Adventus eius in Genesari.

.15.

Transgressio preceptorum et traditiones humanas.
De Cananea.
De turbis sanatis.
De septem panibus.

.16.

Pharisaei signa petunt.
Cauendum a fermento Pharisaeorum.
Confessio Petri et claves.
Incepatis Petri.
Tollere crucem et sequi Christum.

.17.

Transfiguratio Christi.
De Helia venturo.
De lunatico non sanato a discipulis.
De fide transferente montes.
De predictione mortis.
De exigentibus didragma.

.18.

Quis maior in regno caelorum.
De vitando scandalo.
Parabola Pastoris et ovis.
De correctione fraterna.
De clavis ecclesiae.
De assistentia Christi.

Parabola decem millium talentorum.

19.

Parisi tenent de duobus.
Parvulus offeruntur illi.
De adolescente servante mandata.
Dives difficile saluabitur.
Decentuplum accipiente.

20.

Parabola operariorum vinee.
Predictio mortis in ascensu Hierosolime.
De petitione filiorum Zebedei.
Duo cæci sanantur in Hiericho.

21.

De ingressu in Hierosolimam a sinu.
Ei iei vendentes.
Sanat cæcos.
De fide anida fide et oratione.
Interrogatio in qua potestate faciat.
Parabola de duobus filiis.
Parabola de vinea et traxulari.
De lapide angulari reprobato.

22.

Parabola de vocatis ad nuptias.
De censu et numismate Cesaris.
De eo qui habuit plures uxores.
De primo legis mandato.
Cuius filius Messias.

23.

Deploratio Pharisæorum
Sypocritarum.
Deploratio Hierusalem que
occidit Prophetas.

24.

Destructio Hierosolime.
De adventu Antichristi.
Signa iudicij futuri.
Vigilandum quia dies et
hora ignoratur.

25.

Parabola de decem uirginibus.
Parabola de tribus qui ta-
lenta acceperunt.
De adventu et iudicio Christi.

26.

Magdalena ungit dominum.
Iudas paciscitur.
De cena agni paschalis.
Institutio sacramenti.
Petrus promittit se non ne-
gaturum.
Oratio in Gethsemani.
Proditio Iude.
Examinatio apud Cayphasam.
Negatio Petri.

27.

Ducitur ad Pilatum.

des

Desperatio Iudæ.
Absolutio Barrabæ.
Pilatus lauat manus.
Coronatur spinis Christus.
Angariatur Simon.
Cruifigitur, sepelitur.
Custodes sepulchri.

23.

Angelus apparet mulieribus.
Christus occurrit illis.
Custodes mentiuntur.
Apparet discipulis quos mit-
tit ad prædicandum.

5. 2
Elencus capitum
euangelij secundum
marcum.

Marci. 1.

Predicatio et baptismus Ioa-
nis.
Baptizatur Christus.
Ieiunium Christi.
Vocatio quatuor Apostolorum.
De demoniaco sanato.
De socio Simonis.
Sanat omnes male habentes
et demoniacos.
Leptosus mundatur.

2.
Sanatur paralyticus.
Vocatio Mattæi et conuiuium.
Discipuli Joannis disputant
de ieiunio.
Discipuli vellunt spicas.

3.

De habente manum aridam.
Electio Apostolorum et potestas.
De furore et blasphemia in
spiritum sanctum.
De matre et fratribus.

4.

Parabola de seminante.
De lucerna sub modio et mæsura.
Parabola de semente vltro crescente.
Parabola de grano synapis.
De procella maris.

5.

De demoniaco Geraseno.
Filia Jairi suscitatur.
Æmorrhøysa à profluuio sanat.

6.

Predicans in nazareth non sus-
cipitur.
Missio Apostolorum.
De Herode et Joanne.
De quinque panibus et duobus
piscibus.

Ambu

Ambulans supra mare putatur. De filiis Zebedei.
 p̄santasma. De Bartimeo ceco.

7.

De discipulis illorum manibus
 manducantibus.

De Cananea Syrophenissa.

De surdo et muto.

8.

De septem panibus.

Pharisæi signa querunt.

De ceco uidente homines ut arbores.

Confessio Petri.

Predictio mortis et reprehensio

Petri.

Tollenda crux et Christi sequēdū.

9.

De transfiguratione.

De Helia venturo.

Demoniacus non potuit sanari a
 discipulis.

Predictio mortis et resurrectionis.

Aduocato puero docet quis sit maior.

De alijs eijcientibus demonia.

De scandalis vitandis.

10.

Quod non licet uxorem dimittere.

De paruulis oblatis.

De diuitie contristato

De centuplum accepturis.

Ascendens Hierusalem predictio mortis.

11.

Ingreditur Hierusalem in
 asina.

De sicca arida, numularijs
 et fide.

Interrogatio in qua potestate
 faceret.

12.

Parabola uinæ et torcularis.

De lapide reprobato.

De censu Cesaris.

De eo qui plures habuit uxores.

De primo mandato legis.

Cuius filius Messias.

Cauenda doctrina Pharisæorum

De uidua offerente duominuta.

13.

Desolatio templi et Hierusa
 lem futura.

De Antichristo.

De consummatione seculi.

14.

Magdalena ungit Christum.

Precisatur Iudas.

Cenat agrum cum discipulis.

Instituit Eucharistiam.

Predicit negationem Petri.
Oratio in Horto.
Captio Christi.
Adducitur ad Cayphas.
Negatio Petri.

15.

Adducitur ad Pilatum.
Dimittitur Barrabas: Jesus
flagellatur.

Angariatur Simon Christi,
crucefixus.
Depositus de cruce, sepelitur.

16.

Veniunt mulieres ad monumē
tum.
Apparet magdalene et discipulis.
Novissime mittit suos ad pre
dicandum.

§. 3

¶ *Index capitulum evangelij secundum
Lucam.*

Lucæ. 1.

Proemium operis.
Conceptio Joannis.
Incarnatio Christi.
Visitatur Elisabeth.
Natiuitas Joannis.

2.

Natiuitas Christi.
Circumcisio eiusdem.
Purificatio Mariæ.
De Simone et Anna Prophe
tisa.
Puer inuenitur in medio doc
torum.

3.

Predicatio et vita Joannis.
Baptismus penitentis.

Incarceratio Joannis.
Baptismus Christi.
Genealogia illius ab Adam.

4.

De ieiunio et tentatione Christi.
Predicat in synagoga Nazareth.
Demoniacus sanatur in Syna
goga Caparnaum.
De socru Petri.
Vespere curat mane abiit ad
predicandum.

5.

Vocatio Apostolorum, et captura
pisium.
De leproso sanato.
De paralytico prostrato demisso.

Vocatio Matthæi. conuiuium
disputatio.

6.

Discipuli uellunt spicas.
De manu arida.
Electio Apostolorum et nomina.
Predicatio beatitudinum.
De dilectione inimici.
De lege nature seruanda.
De iudicio temerario uitando.
De arbore bona et mala.
Sermo dei audiendus.

7.

De seruo Centurionis.
De filio vidue suscitato.
De legatione Ioannis ad Christum.
Saus Ioannis.
Conuersio Magdalene.

8.

De vxore Chuse et Susanna.
Parabola seminantis
De lucerna et candelabro.
Mater et fratres Christi.
Tempesta maris sedatur.
De demoniaco Cerefenorum.
Filia Jairi suscitatur.
De Aemorrhœysa.

9.

Missio Apostolorum et potestas.
De fama Iesu apud Herodem.
De quinque panibus et piscibus.

Confessio Petri.

Predictio mortis.

Sequela Christi.

Transfiguratio.

De lunatio non sanato a
discipulis.

Predictio mortis.

Contentio Discipulorum.

Prohibetur quis ab Apostolis
ut eiciat demonia.

Non suscipitur a Samaritanis.

De tribus uolentibus sequi Chris-
tum.

10.

Electio septuaginta duorum.

Deploratio ciuitatum.

Reuersio discipulorum et gra-
tiarum actio.

De questione legis periti.

De eo qui inuidit in latrones.

De martha et maria.

11.

De oratione dominica.

De demoniaco muto.

De muliere que extulit vocem.

De petentibus signum.

De non lotis manibus.

Deploratio Phariseorum et
scribarum.

12.

De fermento Phariseorum.

Devo

De volente diuidere hereditatē
Parabola de eo qui Sabebat
multa bona.

De auferenda sollicitudine
terrenorum.

De auaritia fugienda.
Vigilandum cum seruo vigil.

De seruo cum ebriosis.

De persecutionibus.

Non cōtendē dū cum proximo.

13.

De galileis et alijs in Syloe
occisis.

Parabola de ficu.

De muliere contracta duode
cim annis.

Parabola de synapi.

Parabola de fermento.

De porta angusta.

De insulis Herodis.

14.

De hydropico sanato.

Parabola de inuitato ad nup
tias.

Pauperes ad cenam uocandi.

Parabola de inuitato ad cenā.

De tollenda cruce.

De duobus qui non computa
uerunt sumptus.

15.

Parabola de oue perdita et
pastore.

Parabola de dragma inuēto.
Parabola de filio prodigo.

16.

De villico diffamato.

De seruanda lege.

De diuite epulone.

17.

De vitandis scandalis.

De condonando fratri.

Parabola de seruo ab agro
regresso.

De decem leprosis.

De regno dei intra nos.

De iudicio exemplo Noe et

Lotis.

18.

Parabola iudicis et iudicis

Parabola Pharisæi et Publi
cani.

De Pueris oblatis.

De seruandis præceptis Dei.

Diues difficile saluatur.

Pydicitio mortis.

De cæco sanato in Hiericho.

19.

De Zacheo.

Parabola de decem seruis
et minis et de nolentibus
regem.

De ingressu in Hierusalē
in asina.

fle

Fleuit super ciuitatem.
Eiecit ementes et uidentes.

20.

De querentibus qua potestate
faceret.
Parabola vinee et filio occiso.
De lapide reprobo.
De censu Cesaris.
De eo qui habuit plures uxores,
et statu resurrectionis.
Cuius filius Messias.

21.

De uidua offerente duos minuta.
De consumatione templi et
Hierosolime.
De fine seculi et iudicio.

22.

Paucitudo Judas de uendendo
Christo.
De esu agni Paschalis.
De Eucharistie institutione.
Contentio quis eorum maior?
Oratio in horto.
Captio Iesu.
Trinagatio Petri.
Examinatur a principe sacerdotum.

s. 4

Index capitulum euangelij secundum
Ioannem.

23.

Ducitur ad Pilatum.
Spernitur ab Herode.
Dimittitur Barrabas.
Damnatur Christus ad crucem.
Angariatur Simon.
Plandus filiarum Hierusalem.
Crucifigitur, deridetur.
Sepultura.
mulieres parant aromata.

24.

De resurrectione et muli-
eribus.
Petrus vadit ad monumen-
tum.
Apparet duobus discipulis.
Apparet undecim.
Ultimo apparens promittit
Spiritus Sanctum.
Ascendit in caelum.

Ioan.

Ioannis. 1.

Aeterna generatio uerbi, et
in carnatio.

Testimonium Ioannis de
Christo ad legatos.

Altera die monstrat Agnū dei.

Altera Andreas et alius et
Petrus sequuntur Christum.

Altera vocatur Philippus et
Nathanael.

2.

Nuptiis in cana.

De Paschate in quo eiecit uen-
dentem in templo.

3.

De Nicodemo.

Ioannes et Christus baptizant.
Questio de purificatione.

Testimonium Ioannis de Chris-
to.

4.

De samaritana.

De filio reguli.

5.

De probatica piscina.

Somatur et grostans triginta
octo annis.

Judæi querunt interficere
Christum.

6.

De quinque panibus et duobus
piscibus prope Pascha.

Fugit Christus ne fieret rex.
Apparet discipulis nocte in
mari, turba nauiculis sequen-
tur eum.

Sermo de uero mana pane
caesati.

multi ex discipulis desiscunt.

Petrus uerbo uisus ad Heret.

7.

Jesus clam ascendit ad festum
scenopegis.

Mixantur super doctrina quā
non didicerat.

Sacerdotes mittunt comprehē-
dere.

Dissensio turbae.

Disceptatio cum ministris et
nicodemo.

8.

De muliere adultera.

Sermo de sua diuinitate.

Appellatur Samaritanus.

Tentant lapidare eum.

9.

De ceco a natiuitate.

Disceptatio Iudaeorum cum ceco.

10.

Occurrit Jesus ceco.

Sermo de ouibus pastore et mer-
cenario.

De festo enceniorum.

Volunt iterum lapidare.
Abijt trans Iordanem.

11.

De Lazaro suscitato.
Confessio Martij.
Concilium contra Christum.
Secedit in Ephrem.
Proximo Paschate multi ueni-
unt Hierosolimam.

12.

Cenat uem Martha et Lazaro.
Maria ungit pedes illius.
Ingreditur Hierusalem in as-
sello.
Gentiles adducuntur a Philipo.
Vox de celo sonuit.
Sermo de fide.

13.

Lauat pedes discipulorum.
Sermo de humilitate
Predictio proditoris.
Exit Judas.
Mandatum dilectionis inuicem.

14.

Sermo de diuinitate cum Patre
et spiritu sancto in consubstanti-
ali.

15.

Sermo de adhesionem ad Deum
exemplo uitis et palmitum.
De mutua charitate.
De persecutionibus propter Chris-
tum.

Consolatio spiritus sancti.

16.

De predictione mortis et
persecutionum.
Promissio spiritus sancti.
Petendum in nomine Christi.

17.

Oratio Christi ad Patrem
pro suis.

18.

captio Christi.
De auricula Malchi.
Adductus ad Ananiam: inde
ad Cayphas.
Examinatio Christi.
Tripla negatio Petri.
Adducitur ad praetorium.
Examinatur a Pilato.
Dimittitur Barrabas.

19.

Flagellatur: coronatur spinis.
Damnatur ad crucem.
De crucifixione et titulo crucis.
De partitione uestimentorum.
Franguntur crura latronum.
Sepelitur Christus.

20.

De resurrectione et primo
aduentu Magdalene ad
sepulchrum.

De

Veniunt Petrus & alius discipulus.

Apparet ut Saulanus mag dalene.

Nocte apparet decem discipulis.

Post dies octo eisdem & Thome.

21.

Septem piscantibus apparet in mari.

De trina interrogatione Petri.

De predicatione Joannis.

genealogia

37

genealogia christi domini secundum mattheum cap. 1

genealogia christi domini secundum lucam . c . 3

Abraham
 Isaac
 Jacob
 Judas
 Phares
 Esron
 Aram
 Aminadab
 Naason
 Salmon
 Booz
 Obed
 Iesse uelut septuaginta
 David
 Salmon
 Roboam
 Abia
 Assa
 Josaphat
 Ioram
 Quis qui est Ieremias
 Ioathan
 Achaz
 Ezechias
 Manasses
 Amnon
 Iosias
 Iechonias
 Salatiel
 Zorobabel
 Abiud
 Eliacim
 Agur
 Jadoch

Achim
 Eliud
 Eleazar
 Mathan
 Jacob
 Ioseph
Christus dñs

Iesus
 Ioseph
 Heh
 Mathan
 Leui
 Melchi
 Iarme
 Ioseph
 Mathathias
 Amos
 Nahum
 Esh
 Nagge
 Mathab
 Mathathias
 Semei
 Ioseph
 Judas
 Ioarma
 Nissa
 Zorobabel
 Salatiel
 Neri
 Malehi
 Addi
 Chosam
 Elmadam
 Her
 Iesu
 Heliezer
 Iorim
 Mathath
 Leui
 Symeon
 Judas
 Ioseph

Lona
 Eliacim
 Meleha
 Menna
 Mathathias
 Nathan
 David
 Iesse
 Obed
 Booz
 Salmon
 Naason
 Aminadab
 Aram
 Esron
 Phares
 Judas
 Jacob
 Isaac
 Abraham
 Thare
 Nachor
 Saruch
 Reu, uel Ragau
 Phaleg
 Heber
 Sale
 Arphaxad
 Chainam
 Sem
 Noe
 Lamech
 Mathusalem
 Enoch
 Lard
 Malael
 Caynam

†

†

†

†

†

†

†

Pro

Pro intelligentia autem predictae tabellae notan-
dum quod Joasab & Joacim & Joasabim sub
eodem nomine (Jecsonis scilicet) ab euangelista ui-
dent significati sic Hieronimus matth. 1. Hie-
remie 22. 4. reg. 25. & iuxta Soc intelligit
ultima thesarecada seu quatuordena ex tribus
quas mattheus contexit.

Demum notandum quod Jecsonias qui erat Jo-
asab secessit sine liberis cui successit filius e-
ius Joacim qui et Eliachim dicitur et ab ipso
ortus est Joasabim qui Jecsonias sic specialiter
nominat. Agno ortus est salatiel etc. frater

Notandum insuper quod Octozias Joas & A-
massias in Sac genealogia saluatoris preter-
missi sunt ab euangelista mattheo quia Jeram
miscuit de Athalia filio impio Jezabelis, sic Hiero-
nimus matthei 1. cap. et proinde dicitur
(illis tribus intermissis) quod Jeram genuit Ozia.
& tres thesarecades quas mattheus ab Abrahama
usq ad Christum prosequatur manent inte-
gre tribus dictis viris silentio conclusis.

Preterea animadvertendum est quod cum in genere
dauidico ~~ut in ipso dauid~~
utraque dignitas regia scilicet et sacerdotalis concurrere
rit mattheus per Reges Lucas autem per sacerdo-
tes Christi propaginem deducit incipiens a Joseph
usq ad Nathan et ceteros Soc est (ut dicit Jansen-
 tendi non debet licet uti vel non uti principiis nam nec mo
 gen. 1. ses principio usus est sed statim a narratione incepit dicens in
 principio creavit deus coelum et terram nec Iosue nec Iudicum
 aut regum libri principiis uti sunt sed idem a narratione ince
 perunt non autem casu aut insuita nam ubi visum est expedire
 nem melius moysi non ut aut valuit praesertim non solum quod pos
 sit homines aliquos sed et ipsi caelos attentos ipsamque terram facere
 attentam audiamque ad audiendum cum dicit audite caeli quae lo
 queat. audiat terra verba oris mei sed et patriarcha Iacob ut idem
 dicit. 32. facere opportune noverit ubi dicit congregamini et audite filij
 Iacob audite israel quoniam congregamini ut annuntiante quae
 ventura sunt vobis in diebus novissimis. Plane hoc principium est
 gen. 49. attentos doceret beneque ad audiendum filios facere gestientes alias
 autem et in lege et in prophetis per singula gene capitula idem et adhuc
 ipsum valens est principium quod dicit Iosue dicitur ad moysen
 dicens Haec dicit dominus exercituum deus in firmatione quae alte
 ra exordij species est qua tunc utendum est dicunt quando auditis
 animus alienatus sine offensus sine audiendis defensus est mulier
 exod. 33. Theocritus apud regem David cuius animam a filio suo Absalon
 dira causa qualitas alienaverat utre suam. Non mulier vidua
 ego sum mortuus est vir meus et ancillae erant duo filij qui rixa
 ti sunt adversum se in agro nullusque erat qui esset pluribus potest
 et quae alter alterum interfecit et ecce surgens uni
 versa cognata adversus ancillam tuam dicit tradde eum qui per
 uisit fratrem tuum ut occidamus illum pro anima fratris sui quem
 2 reg. 14. interfecit et deleamus hereditatem eius etc. Sed quid hinc vel
 inde exempla quaeramus cum ipsa ore ipsius incarnata sapientia
 hac uti dignata sit. ait enim Iosue habet tibi aliquid dicere at
 ille ait magister dicit. Duo debitorum erant quidam venerat ad unum
 Luc. 7. debebat denarios quingentos et alius quinquaginta non habentibus
 illi

Flaccus

illis unde redderent donauit utriusque, quis quod non plus diligit? et
et multa in eodem modum atque pro uelle dicenti promissa uel
dampnis missis pro narras omnis in sancta pura quam est breuis
et quam uolunda arborum et certe non fallimur, quod scriptum
omnium secularium quantumuis accurata narras, comparat
eius fluxa est lacrimosa atque misere obscura, **SS** Sic breuis, sic lucida
ut miris et pene ineffabili modo auditorum semper oblectet, semper uisum
teneat, quod non minus mirandum sic facilius est ut quibus se post
se imitari confidat, si quis ut nullus modum eius assequi pro
ualeat ut quidem illud Flacii relictissime dicas ut sibi quibus ^{poterit} ~~poterit~~ ^{idē}
sua de multum frustraque laboret, autus idem, et alibi, antecaput
scaberet, uisus et uideret unguet, sepe stilum uersans, iterumque dig
na legitur scripturus. Diuisione quoniam utat salubris spiritus condita
spiritus cum multa dare exempla magnifica ualeamus, unum tantum
et hoc ipsum de quibus euangelij locus porrimus, dixerat intra se
ille hymen Sic si esset propheta sciret utique quod et quales esse mulier
que tangit eum, quod peccatrix est, hinc nimirum inter hymenem, dnumque
conueniret, quod peccatrix erat, nam dominus libens tangebatur, hymen
taltum illum reprehendebat tacitus, diuisione quod usus est quod omittit
quod peccatrix erat suscipit ad defendendum quod tangebatur, iudeus inquit
Sane mulierem? intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non
dedisti, hinc autem lacrimis rigauit pedes meos, et capillis suis terxit
et est, fit autem defensis confirmationem et confutationem per
confirmationem uelque sue, confutationem partis aduersarij, horum
exempla ne longius abeamus eodem ex his sumamus, oppositis
quippe terbinis alij insecus quod oppositionem continuis dimittit, hinc
poenitentis ueram iustiam, quod ex fide et delectatione confirmat
indefaltam reprehendens iustiam confutat, aquam inquit pedibus
meis non dedisti, hinc autem lacrimis rigauit pedes meos et capillis
suis terxit, osculum mihi non dedisti, hinc autem ex quo intrauit non
cessauit osculari pedes meos, sed caput meum non unxit, hinc autem
unguentis unxit pedes meos, quarta demum oppositis, quod
mansuetudine uel temperantia reprehendens inuidiam augere decli
nat, aut enim quod dicit tibi remittit uel peccata multa quoniam
dilexit multum, cui autem minus dimittit minus diligit, Denique idem
est

est ac si diceret, tu autem qui ut tibi uideris minus fieri quod dimittat
 minus diligis et est sensus huius modum diligenti, multa remissione
 peccata dimittunt, tibi autem minus diligenti peccata tua minus re-
 mittunt. Conclutione tandem quae est artificis huius orationis terminus
 non tam artificiosè quàm sapienter et iuste uideat cum dicit, fides tua
 te saluam fecit uade in pace, in confirmatione et confutatione pro
 magno hinc illi argumentationibus uti, et difficultatem estimant ex
 potere et expedite pronuntiare quod inuenierunt, hinc inquit res faue-
 re neque dicitur quàm satis est in uisum eius inuenitur, neque eodem
 modo reuoluamur, neque in excusationem argumentationem relinqua-
 mus, neque incumbe ad aliam deinceps transeamus, abs dubitatio-
 ne atque perfectissimam argumentationem esse dicunt, quae in quinque partes dis-
 tributa est, propositionem, rationem, rationis confirmationem, exorna-
 tionem, complexum nempe. istud quoque in scriptura sua neque ignorauit,
 neque aspernatus est spiritus dei, qui diligenter attendis non paucas
 elucet exemplis, siquidem manifesta quae plura sunt, sed nos ubi forte
 minus parerit hinc facultas inde nunc breuiter aliqua dare exempla
 cupimus, propterea est ille psalmi octauo uersiculus, domine deus nos-
 ter quod mirabile est nomen tuum in uniuersa terra, in illo propheta su-
 matim ostendit quod sic quod probare intendit, ratio est quam sub duobus
 uersiculis hinc inuenitur, quoniam eleuata est magnificatio tua super caelos, ex
 ore infantium et lactantium profecisti laudem propter inimicos tuos, ut
 destruas inimicum et uisorem, istis etenim uerum esse demonstrat id
 quod intendit, si ex eo admirabile esse nomen domini, quod Christus magni-
 ficè eleuatus est, et in caelum ascendit, et deinde ex ore apostolorum
 qui erant quasi infantes, id est homines edocti et sine literis profecit
 laudem euangelicam fidei, hinc pro dicationis praesens confirmatio est
 id quod subiungit quoniam uidebo caelos tuos op ad digitum tuum, lunam
 et stellas quae trepondasti. Sic enim uersiculus breuiter confirmatio
 quam exprimit si non ad eorum hinc incredibile esse, quod ex ore in-
 fantium domini laudem profecerit, quoniam qui infantes sine lactantibus fue-
 rant accepto spiritu sancto facti sunt es, in quorum fide luna et stellae
 ecclesia et quique electi potuerunt fundari, exornatus est quae sequenti-
 bus

contines verba eius, quod e homo q memores eius, aut filius hominis
quiritat eum, minuisi lum paulo minus ab angelis. q tunc honore
est. eum, et constituit eum sup o. m. tuar. omnia tribuisti s. p. e
ores et bonas uniuers. ins. et. p. campi. v. d. uel. et. p. m. qui peram
bulant semitas maris. istis etenim uerbis insigniter honestauit
et collocauit rem capitis ornatu pietatis, admirando magnitud
dignationis quod in hominem tam longe inuidia diaboli ab eter
nitate diuinitatis tantopere requisierit. Complexus e uerbus priore
petitus, domine deus noster q admirabile est nomen tuum in uniuersa
satura ista etenim concludendo breuiter recolligit partes argumen
tationis. et hec quidem facta quinq; partium argumentas confir
mantis e. confirmat enim admirabile ee in uniuersa terra nomen
domini. sequenti uo psalms ab eo uerbu quo dicit, exurge dne
nrx confice homo usq; ad eum quo ait exurge dne deus exalte
manus tua, Item si uice ppendas p facta quinq; partium confirmantis
argumentas est, conficit enim inimicum hominem peccati si
suum perditis nis ut ait Apostolus, qui extollit supra omne quod dicit
deus aut quod colit, ceterum est ubi uel unde breuiores id est una
a duabus ablatis partib; fiunt argumentationes s; ubi breuis est
dicenda res que facile memorie commendat, tunc enim exornas pre
termittenda est si parum loquens ad amplificandum et exornandum
res ee uidet, si autem res et tenuis et humilis est, tunc et exornas
et complexus pretermittenda sunt, ista uo tanta copia in scriptis nris
tris inueniunt ut ulla dare exempla sup flucom putemus. prosett
cum iuxta ppositum satis dulum sit. et nos ad alia pperemus.
porro tria gna causarum s; demonstratiuum, deliberatiuum
iudiciale isti quo q oratores hinc inuentores nri receperunt, neq; enim
parum p agunt de alicuius imo q plurimum certarum pertinarum
laude uel uituperatione, que partes demonstratiui generis sunt p
q. quando laudat deus uel uituperat diabolum. Item non parum
aut raro resonant suaditionem et dissuaditionem, que partes delibera
tiui generis sunt, v; suadendo bonum, dissuadendo malum. Item
per sepe accusatiuam tractant atq; defensiuam que p iudiciales
generis sunt, accusando s; iniustum, defendendo iustum, ut exem
p;

Rom. 9.

plegia in Apostolo cum accusat iniustiam unius hominis & quam pec-
catores constituti sunt multi. et defendit iustiam unius hominis. quod
iusti constituti sunt multi, eas quoque, quas dicunt constitutas esse coniectu-
ralem, legitimam, iuridicalem nullus unquam secularium sic iuste

2. Sic sapienter egit, aut agere potuit, quomodo in sanctis dogmibus loquimur
spiritus agit, nam coniecturalis est cum defacto controversia est. hoc enim
commendavit aliquis proximo suo a Divinum bonum, ouem, et omnino ium-
mentum ad custodiam, et forte mortuum, aut debilitatum, aut ab

exo. 22

hostibus captum. sed nullus hoc vidit, quid ergo fiet? iniurandum in
quit erit in medio q, non extendit manum ad rem proximi sui, sicut
preceptum dicitur iuramentum, et ille reddere non cogit, et multa similia.

Legitimum est cum scriptis, aut scriptis aliquid contra veritas nascitur
Sicut in preceptis iudicis se se fideliter adimplere divinam spiritum

Legis offerendū incensum, et manducando carnes sacrificij, sed quod hoc
est castrumata vtra addite victimis vris et comedite carnes, quod minus

Sanctus cum patribus vestris, et non precepit eis inde qua eduxi est de ter-
ra egypti. de verbo est castrumatum et ultimatum, sed hoc ver-

Hierem. 7

bum precepit eis dicens, audite vocem meam, et ero vobis deus, et iuste
rius mihi populus est. Verum multis maxime Apostolus ad hebr. 7
scribens in hac constitutione consistit voluntatem scriptoris imo dei

cum scripto siue littera cui solus iudex immitit conferens aut litteras
preferens satisq, intelligibiliter atq, probabiliter voluntatem propriam

spiritus exponens. Iuridicalis est cum factum convenit id est factum
esse non negat, sed iure an iniuria sit querit. Sicut autem partes

duo sunt quarum una absoluta, altera assumptiva nominatur, ab-
soluta in iudicij domini omnino damnatur. dicit enim absoluta

7. cum id ipsum quod factum est recte factum esse dicit, ita ut nihil aliud
fieri assumat, porro dno nihil quod recte factum sit, quatenus non recte

factum querit, damnabilis est apud ipsum hec pars. veniamq,
non meret, et ea est Sicut in di, quod est inquit Samuel Ego vixi
quem quere resonat in auribus meis, et armentorum, quam ego audis?

2. reg. 15,

es? et fausti malum in oculis domini et ait Saul, imo audivi vocem
domini, et ambulavi in via quam misit me dominus, et adduxi Agga
regem Amalec, et Amalec interfeci, est altera pars est assumptiva que

apud

Leptice

apud deum in iudicijs eius, partim suscipit, partim datur, sunt enim ^{tes} concessio, remissio criminis, translatio criminis, compatitio. Concessio criminis apud illum non solum suscipit, verum genere statim vel maxime hinc suscipit. concessio namque cum reus postulat tibi ignosci, denique omnes apud illum sumus rei et hinc omnis pacis iniquitas est, et maxime iustus est, qui maxime concedit et maxime tibi postulat ignosci, iuxta illud iustus in pro accusator est tui, sunt autem tribus concessiois partes, una altera deprecatio, altera purgatio, deprecatio est cum se et confitetur fecisse et peccasse reus confitetur, et tamen postulat ut tui misereatur ut exempli gratia, dauid tibi dixit, inquit peccavi, et malum coram te feci, purgatio est cum confessione negat reus se fecisse, id est aut per imprudentiam, aut per fortunam quam non rectius euentum dicitur, aut per necessitatem, per imprudentiam hoc modo, uenit deus ad Achimelech per somnium nocte et ait illi, Item mortuus es pro muliere quam tu habuisti, hinc criminum, Achimelech uero non tetigerat eam et ait domino numquam iustam et ignorantem interficis, et per casum uero tunc per euentum, quod illi per fortunam dicitur hinc modo iratus per moyses intra filios Aaron, qui remanserant ait cum comedisti hostiam pro peccato in hoc sancto, que sancta sanctorum est? Respondit Aaron oblata est hodie uictima pro peccato, et hoc caustum coram domino, mihi autem accidit quod uidet, quis in potui comedere eam, aut placere domino in cremationis mercede liquet. per necessitatem hinc modo, cur sepe uestimenta tua scidisti, cui filia mihi inquit deceperit me, et ipsa decepta est, aperui enim os meum ad dominum, et aliud facere non potero, nam per necessitatem uidi, quod os suum aperuit dicens, qui cumque primus fuerit egressus de foribus domus mee, mihi occurrerit reuertenti uompae a filiis Aaron cum hoc caustum offeram domino, per necessitatem inquam uidi purgat et excusat, qui filiam occidit offerendo, et in catibus sanctorum qui per fidem uicerunt regna merentur computari. Item dauid sanctificationem panem dante Achimelech sacerdote suscepit, et comedit, et per necessitatem hinc fuit purgat et excusatur cum dominus dicit non legitis quod fecerit dauid quando esuriit, et qui cum es erant quum intrauit in domum dei, et panes propositos comedit, quos non habebat

ps. 50.

gen. 20.

Leuit. 10.

Iudic. 11.

mat. 23.

mat. 23.

bat

hac uedere. neq; his qui ueniunt erant nisi solus sacerdotibus. et sub
 inde si autem sciretis quid e misericordiam uobis. et no sacrificium
 nunq; condemnassetis innocentes. itaq; concessis partesq; concessio
 nis deprecas et purgatis suscipione in iudicijs dei. Comparatis quo
 q; criminis hinc m^o tu Paule quid dixisti si circuncidamini Christy
 uobis nihil pdest cur Timotheum circuncidasti? Itemq; assumptis
 multis uinis purificatus cum illis intrasti in templum amunicans
 expletionem dierum purificationis donec offerree primum quoq; es
 rum oblatu. ppter uitandum (inquit) periculum maioris criminis
 ubi q; acciderant de me. q; discessum em docerem a moyse quod fal
 sum erat. q; cum moyse tum in spiritu ueritate. sed hoc demon
 trari non poterat rāone. demonstrari non sine aliqua criminis
 similitudine. Translatu uel remotu criminis que duo sunt ex
 partib; assumptiu. que passerat altera iuridicali constitutio
 sapientib; ubiq; uitanda est in iudicijs dei. q; ist; ex ipso est origo uel
 incrementum peccati. dixit enim deus ad Adam. quis indicauit tibi
 q; nudus esses. nisi q; ex ligno de quo preceperam tibi ne comederes
 comedisti. et ille mulier (inquit) quam dediisti uicam mihi dedit
 mihi de ligno et comedi. Hec ille dicens crimen a se transferre
 luit. translatus namq; criminis est. cum fecisse nos non negamus. sed
 alioy peccati causa fecisse dicimus. Item dixit dñus deus ad muli
 erem quare hoc fecisti? que Respondit serpens decepit me. et comedi
 ei. hec dicens crimen non a se amouere. sed culpam ipsam. i. cri
 minis causam uoluit remotu namq; criminis dicit cum a nobis no
 crimen. sed causam ipsam amouemus. et uel in hominem transfe
 rimus uel in rem quamquam conferimus. sed qualem in psonam
 mulier crimen transtulit. si tamen psona meret dici in serpente
 siue spūalem. i. diabolum. siue terrenam. i. uolubrum. qualem
 in rem in serpentis deceptionem. Verum hec translatus non pur
 gat. sed contaminat non abstrahit. sed inuoluit. quales enim
 fuit decipientis pollicitatis serpentis. nequaq; (inquit) morte mo
 uerimur. sic enim deus. q; in quibus die comederitis ex eo aperi
 ent oculi vři. eritisq; sicut dii. dicat mulier serpenti non solu
 suadisse. sed et talem quoq; rāonem ostendisse cur deberet comede
 re

galat. 2.
alt. 16

gen. 2.

re, nonne crimen auget. Crimini tali remotione? recte igitur
dixerimus translationem, siue remotionem criminis nequaquam de
sancta spūa queri, uel in eis nos et deum constitui, sed et comparationem
tunc uix, concessu nem autem sap, et maxime de purgationem
que una et metus est ex duabus partibus concessu nis.

§. 4.

De dialectica q, ipsa quoque in spūa sanc-
ta sit, et maxime in principio genes est
ubi gēra et species ipsius nominibus offeruntur. Differentia quoque et acci-
dentia, et syllogistica non negligere. ~~et~~

per dialecticam numquid ostentari aut liberius efferri decebat
eram sanctorum spūarum opificia dei sapia? altam enim et ipsa
illuc est, et eram illa domina tua mandati operis partes exequens
vigilantur assidet et ueritatem inuestigat, nunquid sup hoc quis
q, dialecticis artibus alumnus sancte spūe parietes uel primam in-
nuam ingressus dubitat? primum hoc asserere licet q, genus et
differentia, et species et spūum, atq, accidentia, que sapientes quilibet
et magnis atq, arduis habent, quas primam huius spūe incipien-
tis elementa sunt, sic enim scriptum est, germinet terra herbam
uiuentem et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fru-
tum iuxta genus suum. Item protulit terra herbam uiuentem et
effluentem semen iuxta genus suum, lignumq, faciens fructum
et habens unumquodque semen secundum speciem suam, et infra
creauitq, deus cete grandia, et omnem animam uiuentem atq,
instabilem, quam produxerant aquae in species suas, et omne
substantile sin genus suum, et subinde producat terra animam ui-
uentem in genere suo, iumenta et reptilia et bestias terre sin spes
suas, et fecit deus bestias terre iuxta species suas et iumenta, et
omne reptile in genere suo, gēra ista et species istae sine dubio sunt
de quibus apud philosophos sermo est, qui et genus describentes assignaue-
runt, genus esse dicentes quod de pluribus differentibus specie in eo
quod quid sit predicat. Speciem quoque assignantes dixerunt q,
species est, que ponit sub assignato genere, et de qua genus in eo
quod quid sit predicat, siue ita species est quod de pluribus diffe-
rentibus

reneris, num in eo quod quod sit predicat. sed hęc quidem inquirunt
 assignas specialissimę, et p. dicamus q' q' in ipsa sanctę spūę literę esse
 et simplices quod mulceat, et sapiens aut pphę quod exerceat arbitra
 mur enim non minus ad hanc spūę q' ad eam, quę ē apud Aristote
 lem predicamentorum doctrinam esse necessarium quod sit genus,
 et quod diff. quod species, et quod p'rium, et quod accidens, cum enim
 dicit lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus tuum, et
 hęc unumquodq' semen in speciem tuam, lignum utiq' genus
 ēē constituit, et ut dicit pomiferum, hęc faciens fructum diffe
 rentiam ponit, quę addita generi s' ligno speciem ligni. i. ar
 borem constituit, lignum namq' tanq' genus, p' differentias oppo
 sitas dividit dicendo pomiferum hęc faciens fructum, et addendo
 et hęc unumquodq' semen hęc cuius semen in ipsis sit, aliud nāq'
 est facere fructum, aliud hęc semen tantum, eadem divitione psal
 mista in laudibus dei dixit, ligna fructifera et omnes cedri, nāq'
 speciem p' diff. posuit. i. cedrum p' non fructifer ligno, lignum i
 taq' duntaxat fructiferam arborem, nam lignum non fructife
 rum arbor dici non consuevit, unde ~~in scriptis~~ quidam
 clarę memorię, excellentisq' ingenij satis eleganter hęc fere
 iacens in lectulo ait enim ligneus est lectus, nulla tamen arbore
 lectus, solvere qui poterit, soluat et eius erit, verum enim dixit
 q' s' lectulus de ligno quidem erat sed de fructifer ligno nō erat,
 et ideo ueraciter de nulla arbore lectuserat, q' nimirum si
 cut iam dictum ē nō quodlibet lignum, sed lignum fructiferum
 arbor est. lignum itaq' genus est, et enim de plurib' differentib'
 specie predicat v' de ligno fructifer hęc faciente fructum, et
 de ligno infructifer, hęc non afferente fructum, sed semen tñ
 et hęc animatum quidem corpus, sed nō dum sensibile ē, uel esse
 dicit, p' animati pariter et sensibiles corporis. i. animales si
 ue animantes subinde distinguunt, differentes ac species dum
 dicit p'ducant aque reptilia animantes, et u' latile sup' terrā
 et p' Cum enim quid dicit p'ducant aque reptilia animantes
 tis

ps. 148

gen. 1.

his et post modum subdit, producat terra animam uiuentem multis
melius, multis rectius imo hanc spumam dignissimam genera ac
species siue differentias subordinant, qz ordinauerit Porphirius
qui cum subdividendo usqz ad constitutionem aërialis deuenisset
continuo animal. p differentias racionales, et irracionales. Item
mortales atqz immortales subdividit, Hæc autem sacratissima
series lecturis sic diuidit ut animalis aliud sit quod aqua, aliud
quod terra producat, et primum quidem eius, quod aqua producat
differentias subdividit, siue tres species constituit, subdividendo
uel dicendo, uolatile sup terram, sub firmamento celj, et creauit
qz duas coele grandia, et omnem animam uiuentem atqz morta-
bilem, quam produxerant aque, uolatile, namqz in hoc a ceteris que
produxerant aque differt, qz sup terram exiit, et nunc uolat sub
firmamento celj, coele autem grandia cum in aquis remanse-
rint in hoc differunt qz pfectum ueniunt, nam plurima ueniunt
p ouum, de hac 3^a differentia uerimentium ponum, cum dicit in
species tuas subaudiendum e subalternas, que nimirum diu-
merari no possunt. Deinde eius animæ uiuentis, quam terra
producat dum sic loquit, producat terra animam uiuentem in ge-
nere tuo iumenta et reptilia, et bestias terre sicut species tuas
et deinde faciamus (inquit deus) hominem ad imaginem et si-
militudinem nrām, illa est diuersio animalis, qua illud Por-
phirius diuidit, teneri quippe animalis aliud e rationale a
liud irracionale, iuxta ueritatem siue efficientiam potentissimā
Sicut dicitur deus, rationalitas quippe hominis est quod dicit
faciamus hominem ad imaginem, siue creauit deus hominem
ad imaginem tuam, ceterum subdividit rationales qua il-
lud in mortale et immortale diuidit spūra ista contra addit, ne
qz enim aut angelos qui sunt immortales aërialia dicere consueuit
aut solem, et lunam, stellas qz animalia immortalia, aut uultum
esse aërialia, uel animas habere credidit, aut concessit, libet nūc
sicut seriem sacræ Sicut lecturis a genere generalissimo id est a sub-
stantia usqz ad speciem specialissimam, i. hominem pgradi ordi-
ne

vine quo ipsa nos ducit, substantia inquitur est, quoddam, corpus
 genus, sub hac corpus est, nos autem sicut verba spiritus huius dici
 mus, quod sub hac est hinc terra et inde celum, nam in principio crea
 vit deus celum et terram, terra autem est omnis corpora subst^a
 id est corpus ubi omne, quod corporis oculis conspicitur, nam celum
 patria est spirituum quod sic corpora nostra transferenda speremus. //
 proest enim cum carne sua Christus tamen corpus non est, quod cor
 poris mortalium oculis non videtur, quod sub substantia corpus, sub cor
 pore palpabile corpus sub palpabili solidum, siue immobile corpus,
 sub solidis animatum corpus sub animato corpore animal, sub
 animali terrenum siue terrestre animal, sub terrestri rationale animal //
 solidum atque immobile corpus, sub corpore palpabili constituit, nam
 et aqua corpus quidem palpabile, sed non solidum aut immobile est
 et hinc sub solidum corpus arida est, quae iam proprie dicitur terra di
 cente deo congregentur aquae quae sub eis sunt in locum unum, et
 appareat arida. et continuo factumque est ita, et vocavit deus ar
 idam terram quousque spiritus hinc nos duxit, sub usque ad rationale
 i. hominem processimus divisionem rationales relinquentes, quae
 quod ab hac spiritus hinc supra dictum est non adit a leonibus eius
 iure relinquit, itaque homo terrestris animalis species est, et hinc
 differenter exprimitur cum dicitur et creavit deus hominem ad
 imaginem suam, ad imaginem dei creavit illum, porro cum dicitur
 formati igitur deus deus de sumis animalibus terrae et uni
 versis volatilibus caeli adduxit ea ad Adam, et subinde Adam
 non inveniabat ad invicem similes eius non solum differentia, sed
 et propria hominis ut edat competenter exigit. quod ubi debuit
 se spiritus cum hoc diceret quod proprium sit hominis in quo maxime
 discernit et non inveniit similes eius. dicimus quod hinc opportune
 causa exigente quod deus homo disipline perceptibilis est, et deus
 bipes ut ait capite sublimi, reliqua statura celum spectat, et quod risi
 bilis est, et quod quod sicut huius spiritus auctoritatem recte dicimus deus
 in creatura animalia non solum mentem rationalem, sed et lin
 guam ad loquendum habet. ultimum enim quod potuerunt acci
 dens est, accidens autem homini maximum, et de quo sanctus
 spiritus

spiritus accitori sancti spiritui maxima et non indigna uera peccatione
et mors poena peccati. De hoc enim omnis scriptura diuinitus inspira-
ta summope concertat, quod uere accidens sit contentans quod deus huiusmodi
redem fecerit quod deus misericordiam non fecerit, et huc ex eo quem nunc ter-
gimus spiritus sanctus defendit ueritas, uim dicit, erat autem uterque
nudius Adam sibi et uxor eius, et non erubescabant, et subinde ui-
dit eque mulier quod bonum esset lignum ad uescendum, et pulchrum
oculis aspectusque delectabile, et trinit de fructu illius, et comedit, deditque
uixio suo, qui comedit, et aperti sunt oculi amborum, cumque cognou-
issent se esse nudos, conuerterunt folia figi et fecerunt sibi peri-
mata, et infra, multiplicabo (inquit) gremias tuas, et conceptus tuos
ad uirum autem, in sudore (inquit) uultus tui uesceris panibus do-
nec reuertaris in terram de qua sumptus es quod puluis es et in pulue-
rem reuertaris, itaque si non fabulas gentilium, aut hereticorum
sed ueritatem spiritus attendas, malum non ex substantiali aliqua
essentia, sed ex accidenti est, id est, non duo principia boni, et ma-
li erant uel sunt, ut bona a bono, et mala a malo Trinitate subis-
tant, constat enim ex hoc uel ex his maxime huius malum omne
id est, tam mortem animae de qua dicitur in quocumque emindie ome
dicitur ex eo morte moriemini; quod mortem uisus omnisque uisus
quorum prius de quo dicitur, in dolore paries filius tuus - uel maxime quia
sive dolorem corporis .i. mortem accidisse per eundem accidentem maxime
.i. peccato, prius enim condita erat substantia prius in quam forma
uerat unus deus huiusmodi, de limbo terrae, et inspirauerat in faciem
eius spiraculum uitae, et potuerat eum in paradiso huiusmodi peccati, quem
plantauerat, et erat uterque nudus - Adam sibi et uxor eius, et non erub-
escabant, quod uel causa cur erubescerent nondum accesserat, itaque
malum non substantiale quod, sed accidentale huiusmodi actuale est, et per
nitus nulla est creatura, huiusmodi uisibilis, sive inuisibilis, que possit ma-
la intelligi per naturam, magnum uere et negotiorum accidens circa
quod uel propter quod studet et occupat quicunque uere est sapiens, a cuius
discursu ne nemo uacat, nisi in sapientia, et huc est omnis que a deo est sa-
pientia finis, studere et satagere quatinus huiusmodi accidens subiec-
to abesse possit, etenim propter hoc uenit deo esse, et incarnata est et mag-
nam

Magnam ecclesiam seris instituit in hoc mundo ipsa sapientia dei. este-
 rum de accidentibus leuissimis v. g. dormituri siue eruique aut
 gressus nigrum. seu cuiuslibet coloris agere vel disputare non
 est occupati animi. et esse necessarium vite negotium solliciti, neque
 ad istas descendere uacat sanctis illi ^{philosophic} que de caelo uenit. sapie-
 tibus huius seculi. qui apud deum stultitiam ista relinquit qui ista
 quod magnum illud accidens. i. peccatum. uel poenam peccati cognoscere
 dedignati sunt eodem contemptu quo cum cognouissent deum non
 Rom. 1. sicut deum glorificauerunt. aut gratias egerunt. ideo tam in pene-
 tang. angustiam accidentis definitionem dederunt. accidens (inquit)
 est quod adest et abest propter subiecti corruptionem. Denique tali de-
 finitione nequaquam illud accidens comprehendunt. quod subiectum
 id est hominem omnino corrumpit immo destruit ita ut ueritas in
 1 ps. 39 puluerem. et ut sicut psalmista deplorando concedit. concedendo de-
 plorat. mane sicut herba transeat. mane florescat et transeat. uespere
 decidat induret et arescat. sane omnium accidentium uniuersam
 multitudinem a creatore sancta spura uel creator ipse a semet ipse
 remouet. cum dicit ad moysen ex hunc quoniam sic dicit filijs israel
 qui est mittit me ad uos. propterea cum de accidentibus homines tractant
 qui accidentibus miseris subiacent et ideo non sunt qui promittant
 1 exo. 3. et nonquam in eodem statu permanere. nunquam creatorem in uerba sua esse
 tringere presumant. quamuis et deus in sancta spura plerumque dicit
 1 iob. 14 uel predicari audiunt significantia quantitatem. qualitatem. re-
 lationem. ubi. quando. hunc. habitum. facere. pati. etenim ma-
 gnus dicit dicit siue immensus nonquam aliquando fuerit paruus siue
 mensura alicuius. et bonus nonquam potuerit esse aliudquam bonus. Pater
 filij uel filius patris nonquam aliquando uel huius non pater. uel huius non
 fuerit filius. et in hoc esse dicit nonquam debet ad hunc transeat uon
 sic in circumscriptione. et hoc dixerunt dicit cum nunquam fuerit quando
 non esset. uel huius pater. uel huius non fuerit filius. et sedere dicit nonquam
 sicut humaniformi putant forma tali sit ut uel extendat uel com-
 plectat. et induitur uestimento dicit. qui cum corpus non sit sine dubio
 nec pannis constringit. sed ut requiescere. uel requiescere scribitur
 qui semper fuit et est quietus. et patiens esse qui nullis subiacet passi-
 onibus

ribus, sed hoc ipsum tempus est, quod tempus fuit, et nunquam mutat, quia
se quae in forma est, sed tantum forma carens materia, unde
et nullis subiacet accidentibus. Huius artis utilitas et virtus, ista
ostendit in syllogismis quorum conclusio plerimum lectorem ad in-
uentu ad veritatem investigandam, talium ut absit illi error decipi-
endi aduersarium per sophismata falsarum conclusionum, quae au-
tem omnium secularium ita ut haec sancta scriptura fortiter ac suaviter
non ut aut potuit rudosum texere aut stringere syllogismum ne lon-
gius abeamus. Sic in ista capite libri sic propositum est, in primis creauit
deus celum et terram, sic sine dubio deus est subiectum, creauit ce-
lum et terram est predicatum, tunc autem propositum concedendum est
quando predicatum subiecto inherere perspicuum est, concedit quod fides
et enim non ad infideles, sed ad fideles ~~et~~ contra infideles hunc spiritum
sermo est, assumptio sequitur continuo cum dicit, terra autem erat
inanis et uacua, et tenebrae erant super faciem abyssi, et spiritus domini fere-
bat super aquas, et ecce quid haec assumptio spectabilis, ubi scripta
illud quod assumat sic proponit, ut simul ostendat rem, id est illam
que in creando fuit assumptio materiam informis, quam crea-
tor quidem nihil creauerat ad operandum, ad faciendas et distinguen-
das formas illam assumpsit, sequitur enim dixitque deus fiat super
eas, tandemque sic concludit, et facti sunt caeli et terra et omnis
ornatus eorum, plena est diuina scriptura pagina tam perfectis syllogis-
mis, quorum breuitate maxime rhetores delectantur.

De Arithmetica quae ibi sit, et quae multa mysteria numerorum ratione colligant.

Arithmetica, id est numerorum ratio, in multis sanctorum scripturarum
locis quantum mysterium habeat eluceat, non enim frustra in lau-
dibus dei dictum est, omnia in mensura et numero et pondere fecisti,
Senarius namque qui partibus suis perfectus est perfectum mundi qua-
dam numeri sui significatione declarat, similiter et 40 dies qui
bus moyses et elias et ipse dominus ieiunauerunt sine numerorum
cognitione non intelligit, sic et alij in scripturis sacris existunt nu-
meri quorum figuras non nisi diuinae artis sagax peritus soluere pot-
est.

Sunt datum etiam nobis ex parte aliqua sub numerorum consi-
tere disciplina, quando furas pecas dissumus, quando de mensium cur-
vibus disputamus, quando spatium anni redeuntis agnoscimus, p nu-
merum quidem ne confundamur instruiunt, hille numerum in
rebus omnibus, et omnia percunt, adime sequit computum et cuncta
ignorantia egea complectit, nec differre potest a ceteris animalibus
qui calculi nesuit rādnem.

§. 6
De geometria q. multa s'm illam disciplinam in
scripturis inveniuntur etc.

Geometricae disciplinae multa sunt in scriptis sacris vocabula s'vz.
Digitus, palmus, cubitus, pes, passus, Stadium, miliarium, et cetera
talia, verum hae disciplina magna ex parte curiositatis nitro
denotat, et ex parte illa nusq' in sacris verbis dei rādnibus recipit, pri-
mum quippe ab aegyptiis reperta dicit, q' tandem nyls et omnibus pos-
sessoribus eius limis obductis initium terrae diuidendae p lineas et me-
suras nomen arti dedit, qui deinde longiora acumen sapientium pro-
fuiti, et maris et caeli, et agris sapientia metierunt, nam p'curati stu-
dio sic exserunt post terrae dimensionem et caeli spatia quere, quan-
to intervallo Luna a terra, a luna sol ipse distaret, et usq' ad ver-
ticem caeli quanta se mensura distenderet, sicq' intervallo ipsa
caeli orbisq' ambitum p numerum stadium rādnem p'babili dis-
tinxerunt, sedq' ex terrae dimensione hae disciplina cepit ex initio
sui et nomen servavit, nam geometria de terra et de mensura nun-
cupata ē, terra enim graece, *gē* uscat, metra mensura, sed
quid hae ad veram utilitatem, quae nobis scire vel opinari quan-
tis a terra subleuatis sic globus lunae aut solis, quanto sup mag-
nitudinem terrae magnitudo solis, quae ut terra ipsa tendatur
stadiis. Nec q' pars cura vel studio verae sapientiae digna nos refuit, et
terum et ex parte hae eadem disciplina apud eandem spuram fuit
acceptabilis s'vz in construendo quippiam ad preceptum Domini =
Et modo et rādnabilibus mensuris exempli grā fac tibi arcam
inquit delignis leuigatis, mansi unculas in arca facies, et bitumē
limes intrinsecus et extrinsecus, et sic facies eam. 300 cubitorum
erit

erit longitudo ares, quinquaginta cubitorum latitudo, et 30
cubitorum altitudo illius, rasonabilis quippe dimensio est ex te-
tis profundioribus que nos latent mysterijs, ubi latitudo sexta est
longitudinis, et altitudo decima est portus eiusdem longitudinis.
Quinquaginta namq; sexta est pars trecentorum, et triginta de-
cima est pars trecentorum. Habetq; hec figura similitudinem quam-
dam summi corporis, qz vltz corpus humanis prostratum, uel
suppinatum in longitudine sexies latitudinem sui, et decies ha-
bet altitudinem sui. multa etiam in compositione taberna-
culi, multa in constructione templi utiliter considerantur
que preter structurę ipsius rasonabilem modum aliquid innu-
unt, unde diligenter animus lectoris utiliter magis edificet.

De musica q; et ipsa ualde familiaris

~ Sit spiritus sanctus. ~~et~~

Musica uero nunquam peregrina est ab ista de qua loquimur spiritus
immo familiaris ualde apud eam et uis ueritatis uernacula atq;
per alios officialis magisq; est necessaria. Suius repertorem moyses
dicit fuisse Tubal qui fuit de stirpe Caynante diluuium, uerum
ad famulatum sapie ad adiutorium sine cooperationem celestis doc-
trine per principium prophetarum dauid. Hanc spiritus introduxit
grande quippe impendebat negocium, atq; certamen uerbo dei, qz
iuuilem petulantiam mundi lasiuentis, terra ^{mala} ~~et~~ ^{uere}
metu inferni nimiumq; carnales amatores pntis sequi exuta
re in amorem regni dei, nudo sermone et non mimis proprijs, quod
spiritus legis non fecit moyses. nunq; enim uerbo palam lex regna
dei regnabit, aut poenas comminata est inferni, excepto duntaxat
q; in carceres ducerentur ignis inquit succensus est inferno re-
mes et ardebit usq; ad inferni uerticem, sed per uariatosq;
ista quidem comminabat famem gladium, pestilentiam et malas
bestias; obedientibus autem terram lacte et melle manantem
terram deuus montibus qris metalla foderent, pmittebat, q;
os prophete et regis ^{uini} ~~uini~~ orare primum et sic spiritus sanctus gemitibus
in

in enarrabilibus claris sermone res exprimens, ut homo de inferno
 erueret, et regnum dei consequeret, id est ad rem tantam tanque
 necessariam rudes ceteros audiret attenti doctes ac **Venerabili**
 redderent sonora adhibuit instrumenta cum hymnisona uscis
 melodia sonum tubae psalterium et cytharam, cordasq; organum
 cymbala bene sonantia cantans dominum misericordiam et iudicium non igno-
 rant numerum ipsum in quo vis musicae consistit, quem et Pytha-
 goras apud grecos postea reperisse fertur ex malleorum sonitu, nec
 mirum cum longe ante dauid mira et venerabili ratione **Abraham**
~~habuit~~ et misericordiam et iudicium dominum cantauerit, non usce
 organica, neq; instrumentas sed tantum proportionabilibus numeris
 in quibus vis musicae consistit, dixerat enim dominus si inuenere in
 Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis dimittam omnibus
 eis propter eos, tunc ille ingressus est illi quicum et Sumilitate sua mag-
 nitudine sonus fiduciam, quod inquit si inuenis quinquaginta iustos
 quinq; fuerint delebo propter quadraginta quinq; urbem uniuersam?
 ac deinceps, si autem 40 inueni fuerint quid facies? quid si ibi
 inueni fuerint 30? quid si ibi inueni fuerint 20? quid si ibi in-
 ueni fuerint decem? et dominus ad singula respondens non delebo in-
 quit si inuenere ibi 45, non percutiam propter 40, non faciam si
 inuenere ibi 30, non interficiam propter 20, non delebo propter 10
 nunquid casu Abraham taliter numeris diminuebat? et non pro-
 pter filios suos misericordiam et iudicium dominum cantare docebat? sic
 namq; dimisit sic diminuit proportionabiliter, ut nullam earum pro-
 portionum que musice reddunt sonus ommitteret, deniq; 45 ad
 40 septimo, id est sexquialtra proportione totum efficiunt, 40
 ad 30, collati epitritium, id est sexquitercium efficiunt, et diathe-
 saron reddunt, 30 ad 20 ennsion, id est sexquialterum faciunt
 et sonum diapente reddunt, 20 ad decem dupli sunt, et maxima
 symphoniam diapason efficiunt, triginta ad decem tripli sunt
 et diapason cum diapente reddunt, 40 uero ad decem quadrupli
 sunt et bis diapason efficiunt, cum itaq; nulla proportionum musi-
 carum iustus dicit numeris non est arbitrandum, q; homo tantis
 presertim cum deo loquens casu et sine ratione quomodo in buccam
 ue

gen 18

23

Venerunt ita et eos decerpserit. plurima Sinediq poterant, sed
Soc pntis ppositi non est, et nos ad finem tendimus.

§. 3
De Astronomia, quip sa quoq ibi sit
et quae astronomia et Astrologia
distantia sit. c. 17.

Astronomia quoq in littera sancte spiritus non esse videtur per
sertim cum iam apud deat. dixit quoq deus fiant luminaria in
firmamentis, et ducent diem et noctem, et sint in signa et temp^{gen. 1.}
et dies et anni, et eccles loquitur oritur sol et occidit, et ad locum
suum revertit ubiq renascetur qz rat pmeridie et flectit ad aq^m
lonem, dicimus autem astronomia, non astrologia notitiam vel
disciplinam, nam differt aliquod inter utrunq, nam astro nomia
considerat celi conversionem, ortus obitus, motusq siderum con
tinet, vel qua ex causa utantur. astrologia u partim natura
lis, partim supstituta e, naturalis dum exigit solis et lunae
cursum, vel stellarum et ceteras temporum stationes, supstituta
illaequam mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur, quiqz
etiam duodecim coeli signa p singula animae vel corporis membra
dyspunct, siderumq cursum nativitates et minum et rursus per
dicere conant. Astronomicam rationem de spura sancta acci
pimus, et maxime e lunae cursum ppter observandae legitimum
Pasche terminum. i. pimum mensis diem decimum quartum, na
Sibiri solis lunares ex lege ruerunt et observant menses iux
ta naturalem lunae cursum, tricenis unde tricenisq diebq c. m. m. m.
annoy menses duodecim explicantes, et tertio vel secundo anno
que ras exigit decimum tertium infne anni mensem embolys
mum triginta dierum apponentq. Sed de his hactenus satis dictu
sit, nunc ad supposita revertamur.

§. 9
De Beato Hieronymo magno suo viro
~~et quatuordecim illustri viro qui in sa
centium scripserit catholice~~
igit cum dicimus doctoribus nostris bono erga fidem catholicam
26

Quibus conuictis animi feruentius sancti spiritus studiis inuumberent
 tunc artes liberales ad cogitandum eadem spiritus fuisse intermissas
 animaduertimus rectius, et uerius nos dicere, tunc eas illic fuisse
 se inuenientas, sed per claritate sapienter eadem non comparatis
 se illas maxime autem propter infirmitatem oculorum, quibus
 terrenis sapiens puluis inaderat, huc enim quidam de principibus
 illius beatus Hieronimus facit, cum dicit, cum ante annos plu-
 rimos domo, parentibus sorore, cognatis, et quod his maioris est consue-
 tudine laetioris ubi propter oculorum regname castrarem, et
 Alimam militaturus pergerem Bibliotheca quam Romae cum
 summo studio ac labore confeceram, carere non poteram, itaque mi-
 ser ego lecturus Tulum ieiunabam, et post nocturnas uigilias, post
 lacrimas quas mihi propter uiciorum recordatio peccatorum ex imis uis-
 ceribus eruebat, Platis tunc in manibus, si quando autem in me
 nec ipsum reuerteris prohas legere tentassem, sermo horrebat in
 uisceribus, quod lumen ex oculis uidere non poteram, quod tamen non
 oculorum culpam putabam, sed solis, sed gratias uere et summi luci
 quod cito clarificatus et sanatus sum ex oculis solis.
 Spiritus sermonem perficere potui, Et iam dudum a magistris et quibus
 laribus sufficienter eductus, quemadmodum dicit Victorinus, et do-
 natus grammaticus magistri preceptorumque meorum Romae insignes heri-

 omnium librorum ueteris testamenti christi uolente studioque spua-
 li desudante ueritatem consequutus est, literis namque graecis ac la-

 finis, atque hebraicis doctus, cuncta hebraeorum uolumina, quae in ca-
 nonice continentur ex ueteri testamento uera editione in latinam

 linguam uerba, saepe commutatus est, et nobis tantum in trans la-

 tione dominice spiritus praesertit ut ad hebraeorum fontem non e-

 gearmus accedere, quando nos fauente tunc multa cognosce cla-

 ritate sciatisse, inter cetera autem studij tui opuscula, suis

 uniuersa praefationibus praenotata, a beato Petro sumens ex ordine

 135 Ministerium uiciorum uitas usque ad Presbyterij. 14 annum ex

 ordine digressit omnesque qui de spiritibus sanctis aliquid memorie

 tradiderunt breuiter descripsit, imitatus Tranquillum, qui

q. Apollonium, se quosq. in calce uelut inuis quati ab obliuione, mi-
nimumq. omnium Christianorum rumpens.

§. 10.
De Beato Augustino q. in illis uerelauda-
bilis sic sanctus eius spūs, et quan-

tum suus donum q. se accepisse. Sic militer fateat
¶ multum quidem ē in illis qui iure laudat sic sanctus eius
spūs, sed nō ad finem operantes unum tantum ex eis contingi-
mus, in quo iste spūs manifeste operatus ē, sed dignum fuit
ad laudem tuam ad ecclē suę defensionem, catholica fidei p-
petuam q. manitionem. iste est Augustinus columna et firma-
mentum ueritatis, ac uere columna nubis in qua thronum
suum posuit sapia dei. cuius ex ore distillare non cessauit plu-
uia salutaris. in flumine impetus fluminis contra flumen ille
hereticorum, quod sic superius diximus) post mulierem, id est
eccliam, de ore suo draco diabolus emittit, et sicne quidem dei Apoc. 12
dispensatus, anteq. uis caret in admirabile lumen suum, permis-
sit ad descendentem errare in tenebris manicheorum, sed in es-
dem errore mirabili grā noscientem circumuelabat spūs iste ma-
gnum suggerens donum suę, quod postea bene expenderit ad
commodum ecclē Christi. in suo tempore, etenim quantum ingenij
donum absens sit ipse indicat, ubi cum simile confessione
domini inter cetera sic dicit. Et quid mihi proderat quod
a me natus ferme viginti, cum in manus meas uenisset Arist-
telica quedam quas appellant decem cathedras, quarum nomi-
num eas Rhetor Carthaginiensis magister meus buccis lips crepan-
tibz commemoraret, et alij qui docti habebant tanq. in resus quo
magnum et diuinum suspensus intuebam. Legi ea solus et intel-
lexi, quas cum contulisset cum eis, qui se dicebant uix eas ma-
gistris eruditissimis non solum querentibz tantum, sed multa in puluere
depingentibz intellexisse, nihil inde aliud dicere potuerunt. q. ego
solus apud me ipsum legens cognoueram, ac deinceps, et mihi prode-
rat

rat q. omnes libros artium quas liberales usant tunc nequissimus eu
 piditatum seruis p me ipsum legi, et intellexi quoscuq. legere potui
 et gaudebam in eis. et nesciebam unde esset, quicquid sibi uerum et
 certum esset. doctum enim habebam ad lumen, et ad ea que illumi
 nant faciem vnde ipsa facies mea qua illuminata cernebant non il
 luminabat. quicquid de arte loquendi aut disserendi, quicquid de diui
 nis figurarum, et de musis, et de numeris sine magna difficulte
 multo somnium tradente intellexi, sed tu dñe deus meus q. hęcce
 leritas intelligendi et discernendi acumen donum tuum ē, sed non in
 de sacrificabam tibi, itaq. mihi non ad usum, sed ad perniciem magis
 ualebant, q. tam bonam partem substantię meę satęgi habere in p
 testate et fortitudinem meam non ad te custodiebam, sed pfectus sum abs
 te in longinquam regionem, ut eam dissiparem in meretricijs cupidi
 tatis, nam quid mihi proderat bonares, non nutendo bene, non enimen
 tiebam illas artes etiam ab studiis et ingenis difficulte intelligi
 mihi cum eis eadem conabar exponere, et erat ille excellentissimus in
 eis, qui me exponentem non tardius exequeret, sed quid mihi proderat
 hoc putanti q. tu dñe deus ueritas corpus esset lucidum et immentum
 et ego fructum de illi corp. similia perueritas' etz. hęcce inquis in
 re sanctum suę spūm laudamus, qui ueritatem et sic foris preparatū
 reddidit, et sic es intus dignatus est uti, ut contra omnes hereses tota
 uita sua depugnans uoce et literis tanca scriberet, quanta nemo inui
 ta sua legere sufficit. vnde et quidam non innaniter dixisse fertur
 mentit qui te hęcce legisse fatet.

ordo gestorum a christo dominis
iuxta concordiam euangelicam Iansenij
memorie mandando, His carmi

nibus ~~minime~~ ^{minime} Simatis
et in compositis

ad Verbum //
caro Iohannes //
concupiscit ante //
gabriel ad vir //
ginem que eliza //
betam adit //
angelus Iosephi //
monet, et pasto //
ret dicit //

~~Verbum caro Iohannes concupiscit ante~~
~~gabriel ad virginem que elizabetam adit~~
~~angelus Iosephi monet, et pastores nobis~~
nasat Baptista) genus texitur a mattheo,
Angelus Iosephi monet, et pastores nobis
magorum stella) in templo fit Symeon,
